F. EHRLE ET † P. LIEBAERT

SPECIMINA CODICVM LATINORVM

TABVLAE IN VSVM SCHOLARVM · III ·

BEROLINI · WALTER DE GRUYTER ET SOCII

ROOM USE ONLY

15/-

DUKE UNIVERSITY LIBRARY
DURHAM, N. C.

Sigillum Universitatis Dukensis
Eruditio et Religio

Rec'd April 12, 1930
Special
Appropriation

TABVLAE IN VSVM SCHOLARVM

EDITAE SVB CVRA IOHANNIS LIETZMANN

3

SPECIMINA CODICVM LATINORVM VATICANORVM

COLLEGERVNT

FRANCISCVS EHRLE S. J. ET †PAVLVS LIEBAERT

BEROLINI ET LIPSIAE

APVD WALTER DE GRUYTER ET SOCIOS

1927

SPECIMINA CODICVM LATINORVM VATICANORVM

COLLEGERVNT

FRANCISCVS EHRLE S. J. ET †PAVLVS LIEBAERT

DUKE UNIVERSITY LIBRARY DURHAM N. C.

EDITIO ITERATA

BEROLINI ET LIPSIAE
APVD WALTER DE GRUYTER ET SOCIOS
1927

DUKE UNIVERSITY
LIBRARY
DURHAM, N.C.

4/12/30
Special Appro.
Fr.
B. H. Blackwell
$3.75
Latin - Dorborough

471.7
q E33S

PRAEFATIO

Non est quod ea repetamus quae P. Franchi de' Cavalieri et Ioh. Lietzmann 'Specimina codd. Vatt. graecorum' academicae iuventuti subministrantes de excultis nostro tempore rei palaeographicae librorumque manu scriptorum studiis praeclare dixerunt. Illud potius a nobis explicandum est, qua de causa in tanta subsidiorum et tabularum ad codices Latinos scrutandos copia et praestantia, de novo opere cogitaverimus. Nos itaque hoc unum movit, ut exempla palaeographica quam plurima et aptissima eo provideremus pretio quo ab adulescentibus universis tirocinium in hisce studiis strenue ponentibus sine magno incommodo obtineri possent.

Inscripsimus librum 'Specimina codicum latinorum', ut voce 'codicum' manifeste significaremus, excludi a nostra tractatione tum scripturam epigraphicam, quae in inscriptionibus lapidi, aeri, ligno insculptis consistit, tum illam cursivam, quae in conscribendis papyris sive chartis tabulisque membranaceis adhibita est. Alia enim nostrarum tabularum volumina utriusque scripturae opportunam speciminum copiam suppeditabunt.

In deligendis exemplis e mira codicum varietate ad haec potissimum animum attendimus: primum, ut litterarum figuras et formas quibus diversis in locis diversisque temporibus usi sunt librarii pro viribus colligeremus quo facilius singularum origo atque aliarum ab aliis ortus et progressus intuentium oculis subiceretur; deinde, ut scripturam exhiberemus singularum disciplinarum a saeculo XIII ad XVI propriam et compendia. Qui enim codices illius temporis tum historicos tum ad litteras spectantes prompte expediteque legit, idem plerumque aliarum disciplinarum (iuris civilis et canonici, medicinae, philosophiae, theologiae) libros evolvens, in compendiis haeret. Quam ob rem quasdam visum est excerpere paginas, quibus in hac parte aliqua saltem exercitii materies et occasio praeberetur.

Sedulo denique curavimus ut codices profani ecclesiasticis praevalerent utque e codicum Vaticanorum multitudine et ex aliis non nullis Romanis, Vercellensibus, Eporediensibus, qui nobis forte fortuna prae manu erant, eos solos eligeremus, de quorum aetate ac patria certis constaret argumentis.

Exempla antiquissima atque recentiora Franciscus Ehrle describenda explicandaque suscepit; Paulo Liebaert tabulae spinis magis obsitae obtigerunt, eae scilicet quae ex codicibus desumptae sunt litteris, quas semicursivas et nationales vocant exaratis: ambo vero communi consilio singulas operis partes constituimus.

In describendis speciminibus hanc nobis viam ac rationem praefiximus, ut primum codicis historiam, scripturae conformationem, aetatem enarraremus; deinde formam, foliorum numerum, opus quod codex integer eiusque partem, quam quod exhibemus folium continet, indicaremus; denique subiungeremus scriptores, qui de codice accuratius disputarunt, et locos magis obvios, in quibus alia praesto sunt eiusdem libri specimina. Ne tabulas omnes planis litteris explicatisque compendiis transcriberemus, limitibus spatii enarrationi tabularum concessi impediti sumus. Itaque omissis tabulis facilioribus eas

167037

tantum transcripsimus aut totas aut ex parte, quae difficiliores viderentur vel quarum editiones essent rariores. Deinde transcriptione non criticis sed iuvenibus tabulas exercitii causa legentibus servire voluimus, maxime cum superata prima interpretandi litteras difficultate legentes in propositis eis archetypis cuiusque scripturae proprietates subtilitatesque utilius per se ipsos scrutabuntur. In difficilioribus tamen tabulis, quo planior distinctiorque transcriptio evaderet, linearum distributionem transversis indicavimus lineolis.

Ceterum liceat nobis, priusquam concludamus, quae de studiis palaeographicis provehendis sentimus, breviter candideque aperire.

Plurimum hucusque et opportune tractationibus, quibus omnia scripturae latinae genera paucis verbis explicarentur, elaboratum est atque hoc praestitum, ut ea studia latius in dies divulgarentur et diversae litterarum formae ac configurationes uberius colligerentur. Quin etiam aliquarum litterarum, ut capitalium, uncialium, Visigothicorum, specimina nobis copiose sunt suppeditata. Nihilominus quae horum studiorum est praesens condicio, parum proficiemus et diutius quam par est tractata retractabimus, nisi longe maiore conatu quaedam apte selecta doctrinae palaeographicae capita, non obiter et raptim, sed plene ac certa via et ratione enodentur. Quibus ex capitibus tria tantum exempli causa commemorabimus: 1) indicia rite aestimandae aetatis scripturae capitalis et uncialis sunt constituenda. Atque haec sane imprimis e codicibus, inscriptionibus, papyris sive chartis eliciantur oportet, quorum aetates ex librorum vicibus, subscriptionibus, temporum notis aliisque id genus rationibus manifestae sint. Normae enim e litterarum formis derivatae, ad quas de illorum codicum aetate iudicari solet, ea qua dixi ratione, quod sciamus, nilibi sunt constitutae. Quare in his inquisitionibus regulae ipsae ac normae, ad quas res hodie exigitur, incertae sunt et fortasse fallaces. Itaque libri, tituli, papyri certi temporis plenius conquirantur eorumque proferantur specimina; deinde tentandum, ut ex ipsis regulae sive indicia eliciantur. — 2) Praeterea tandem dirimenda videtur controversia de origine et aetate scripturae minusculae et Carolinae, quod profecto fieri nequit, prolatis paucis tantum et forsitan praeiudicata opinione selectis speciminibus. Conquirantur igitur plenius accurateque singularum regionum codices omnes, qui huic quaestioni aliquid lucis afferre possint et larga ex ipsis selectorum exemplorum copia iusto comprehensa volumine proponatur, ut materia tota subtiliter penitusque enucleare possit. — 3) Eadem ratione scripturae semicursivae, imo minusculae antiquioris universae et singularum nationalium origo et varietas est illustranda, quod similiter tunc demum poterit praestari, cum totidem voluminibus unius cuiusque scripturae specimina eo qui dixi modo undique collecta sufficienti copia nobis praesto sint.

Itaque in his aliisque minoribus doctrinae palaeographicae capitibus pro viribus adlaborandum est, quo uberius disciplina universa excolatur. Ceterum ex iis quae perstrinximus satis apparet, in enarrandis tabulis nostris complures quaestiones indicandas potius quam dirimendas.

Verum haec ideo etiam praemonuimus, ne iuvenibus falsam nostrae disciplinae imaginem exhiberemus, quasi ipsa sit omnibus numeris absoluta perfecteque constituta, sed ut eis potius lacunas indicaremus, in quibus explendis operam suam utilissime possent locare.

Restat ut gratiam publice referamus Iohanni Lietzmann, Iohanni Mercati, Marco Vattasso vv. cc. qui nos alius alia ratione comiter adiuverunt; deinde Alberto Ahn (A. Marcus et E. Weber), bibliopolae honestissimo, cuius singulari industria factum est ut volumen, quinquaginta complectens tabulas phototypice expressas, pretio tam exiguo veneat.

Romae

Franciscus Ehrle S. J. Paulus Liebaert.

PRAEFATIO ALTERIVS EDITIONIS

Divenditis universis, quae anno 1912 adornata fuerunt exemplaribus speciminum Vaticanorum codicum latinorum, alia sunt providenda. Quae vero est etiam nunc rerum publicarum conditio, oportet id ita obtinere, ut exemplaria eodem fere quo priora veneant pretio. Quare in tabulis hac vice nihil visum est immutandum, nihil innovandum; licet ultro concedamus e tabulis Beneventanam scripturam exhibentibus duas aliis, maxime praecarolinis minusculis, tribuendas esse aliasque paucas opportunioribus substituendas. Ceterum tabulas, quas vulgamus, non viris doctis, sed in palaeographica scientia tironibus destinavimus. Hinc eos etiam codices exhibemus, qui cum in ore omnium sint, sine dedecore non possunt nesciri; alios procul dubio selecturi, si de novis subsidiis ageretur doctis subministrandis.

Deinde in iis, quae in priore editione, a tironibus partim ad doctos conversi, nostra aetate maxime praestanda esse diximus, ea primum recenseamus oportet, quae interea in his partibus praeclare sunt elaborata.

Quod ad scripturas antiquiores capitalem et uncialem penitius indagandas spectat, maxime ut singularum aetas, scite constitutis legibus, certius constituatur, in ea re haud parum effecerunt L. Schiaparelli et E. A. Lowe. — Ille ad hoc praestandum paratissimus erat. Prioribus enim studiis accuratam earum rerum sibi comparaverat notitiam universam, quae ad eas, quas diximus leges constituendas plurimum conferebant. Praeter complures de librorum scripturae conformatione ac progressu commentationes, praeclaram chartarum regum Italiae adornaverat editionem; notas iuris et tironianas [1]) percallescebat, inscriptionum habitus et papyrologiae scripturas didicerat. Quare is sane erat, qui quae Traube de nominibus sacris constituerat, scite retractaret.

Vulgavit igitur iustum volumen, quod inscripsit: *La scrittura latina nell' età Romana.* Como, 1921 et nonnullas eximias commentationes, quas plerumque ephemeridi inseruit cui titulus: *Archivio storico italiano*, maxime ab anno 1914.

Optime etiam de hac re meritus est E. A. Lowe, qui volumine inscripto: *A Sixth Century Fragment of the Letters of Pliny the Younger, in the Pierpont Morgan Library* (New York). Washington 1922, plene demonstravit, qua ratione harum scripturarum aetas eruenda sit atque constituenda. Cum earum scripturarum, capitalium uncialiumque aetas e litterarum formis ductuque aegre elici possit, parum proficiemus, nisi haud pauci codices, non palaeographicis sed historicis notis adiunctisque praediti quaedam quasi miliaria efficiant utilissima ad rem nostram; qualia in eo volumine pp. 13—32 exhibet Lowe; qui in iis notis et adiunctis indagandis totus esse pergit [2]).

In alio quoque egregio volumine vir doctissimus complura specimina exhibuit indagandae aetatis codicum maiusculorum aptissima, cui volumini inscripsit titulum *Codices Lugdunenses antiquissimi.* Lyon 1924. Hoc opus ita est elaboratum, ut eius modi investigationibus exemplar possit proponi; quem quidem honorem eo magis Lugdunense meretur scriptorium, cum reliquis Galliae universae antiquius sit. — Iuverit etiam hic notare, codices maiuscula scriptura exaratos a L. Traube (*Vorlesungen ed. P. Lehmann.* München, 1909, pp. 161—261) recensuisse fere sexcentos etiam nunc superstites, quibus tamen haud pauci postea alii ab aliis sunt adiecti.

Quod si ad scripturas minusculas transitum fecerimus, in primis enarranda videntur, quae nobis opportunissima subsidia obtulit et offert W. M. Lindsay, vir litterarum latinarum et graecarum peritissimus. Iam dudum perspexerat, permultas, quae auctorum textus depravant, mendas inde esse ortas, quod librarii notas sive scribendi compendia in nationalibus scripturis usurpatas perperam sint interpretati.

Quam ob rem compendia collegit, indagavit, explicavit. Unde factum est ut, quum alia in aliis scribendi officinis ac regionibus, alia aliis temporibus compendia vigerent, certa in eis nobis suppeterent indicia, quibus scriptorum patriam, originem et tempus cognosceremus.

---

[1]) Edidit *Avviamento allo studio delle abbreviature latine nel Medioevo.* Firenze (1926).

[2]) Hisce diebus edita sunt in *Notizie degli Scavi di Antichità* vol. VIII, fasc. 1—3 (1927) pp. 93 sg. tria disticha, litteris capitalibus rusticis, in muro cuiusdam aedificii Pompeiani ante an. 79 p. Ch. depicta, quo urbs die 24 aug. cineribus est obruta.

167037

Inde scripta singularum regionum atque officinarum in bibliothecis subtiliter selegit ac quae compendia quoque tempore in usu fuissent indagavit. Postquam id pro complurium officinarum scriptis, singulis commentationibus, in compluribus libellis periodicis praestiterat, compendia universa, quae collegerat iusto volumine alphabeti ordine disposita, additis scriptoriis et temporibus, quorum essent propria, evulgavit. Hoc volumine, cui titulus: *Notae latinae*, sibi aliisque viam stravit, qua studia palaeographica nonnihil expeditius progrederentur.

Ceterum praeter haec scribendi compendia picturae quoque et ornamenta suppetunt, quae cum alia sint in aliis scriptoriis et alia aliis temporibus usitata, non parum et ipsa iuvant ad suum cuique scripturae tempus adsignandum. Complures huiusmodi picturas habes scite in Toesca, *Miniatura Lombarda*; P. d'Ancona, *Min. Fiorentina*; Eric G. Millar, *Min. Anglica*; P. Durieu, *Min. Belgica*; H. Brugmans-O. Oppermann, *Palaeogr. Nerlandica.* Praeterea signa quoque sive notationes musicorum ad id aliquid conferre videntur, quippe quae pro regione ac tempore varient plurimum. Quod in scribendi compendiis Lindsay, hoc in signis musicis praestiterunt monachi Benedictini Solesmenses 12 eximiis voluminibus *de palaeographia musicali* et H. M. Bannister, qui ea in duobus egregiis voluminibus collegit ac peropportune disposuit.

In indaganda origine scripturae carolinae acriter desudatum est, ita tamen ut nunc eorum opinio praevalere videatur, qui censeant nec auctorem nec locum natalem certo posse adsignari, licet potius Galliae quam alii regioni honor videatur attribuendus.

Ceterum in hac inquisitione haud longius progrediemur, nisi prius scriptura minuscula antiquior sive praecarolina vel praenationalis penitius fuerit illustrata. Qua de re sane dolendum, quod scripturae praecarolinae exempla, Liebart e vivis erepto et Lowe aliis curis distento, evulgata non sint, quamvis tabulae adornatae non requirant nisi ut sagaciter diligenterque enarrentur. Id eo importunius accidit, quod scripturis praecarolinis nonnihil incertis locus inter reliquas erat assignandus.

Scripturae praecarolinae videntur nationalibus anteponendae. Praecarolinas enim scripturas eas vocare solemus, quae carolinis antiquiores, nulli ex nationalibus adsignari possunt. Quae cum in Italia comparerent frequentiores, a Beneventana prorsus distinctae, praeeunte Steffens, 'semicursivae italicae seculi septimi' sive 'semicursivae Italiae septentrionalis' vel 'minuscula antiquior Italiae septentrionalis', sunt appellatae; videsis tab. 8—10, quarum haec iam ad Beneventanam vergit.

Scriptura igitur praecarolina, e maiuscula et cursiva nata, ab illa conformationem perspicuam atque elegantem, ab hac habet ut expeditius efformari possit. Quare verissime etiam praecarolina, immo praenationalis appellari potest.

Qua in re Schiaparelli subtiliter prudenterque monet, quum de origine carolinae sive alicuius e scripturis nationalibus agitur, eam non directe a duabus, quas diximus, maiusculis (capitali et cursiva) esse derivandam, sed a praecarolina; id aperte in codice Lucano 490 constare existimat, quem investigavit descripsitque accuratissime (*Il codice 490 della Biblioteca Capitolare di Lucca. Introduzione e tavole.* Roma 1924 in *Studi e Testi della Bibl. Vatic.* n. 36 et n. 47 (1927): *'Influenze straniere nella scrittura italiana dei secoli VIII e IX'*.

Quare inter scripturam maiusculam cursivamque et nationales interponenda videntur praecarolinae, e quibus et nationales et carolina, non uno modo sunt ortae. Ex his facile patet, priusquam haec materia penitius perspici possit, tabulas, quas diximus scripturae praecarolinae, praesto nobis esse debere.

Ceterum singulas de his quaestionibus subtiles doctasque commentationes ediderunt A. Hessel, Archiv f. Urkundenforschung VIII (1923) 201 sgg.

P. Liebaert in Lindsay, Palaeogr. lat. I (1922) 65.

L. Schiaparelli, *Cod. 490 Capitolare* di Lucca in *Studi e Testi Bibl. Vatic.* 1924 n. 36, pp. 108—113 et *Note paleogr. Arch. stor. ital.* (1926) 19—26.

E. A. Lowe, *Studia palaeograph.* in *Bayr. Akad. Sitz.-Ber.* 1910, n. 12.

A. de Bouard in *Lindsay, Palaeogr. lat.* IV (1925) 71.

C. Mohlberg O. S. B. *Rendiconti della Pont. Acad. archeologica* III (1925) 405.

A. Wilmart O. S. B. *Revue Bénédictine* XXIX (1912) 195.

Ph. Lauer, *Mémoires prés. par div. savants à l'Acad. des insc. et belles lettres* XIII (1924).

P. Lehmann, in *Gerke-Norden* I 10³ (1924) 59.

H. Steinacker in *Miscellanea F. Ehrle* IV (1924).

Ceterum ne longior sim in recensendis libris et commentationibus post an. 1912 vulgatis, oportet lectorem ad diligentissimas expositiones remittam, quas edidere L. Schiaparelli, *La scrit. lat.* et W. Weinberger, *Bibliographie*, in *Lindsay Palaeogr. lat.* III (1923) 74—93.

Nec tamen dubium videtur in primis pergendum esse in illustrandis singularum provinciarum immo scriptoriorum progressionibus et ruinis et cognationibus. Nisi enim lapides solidi atque apte comparati praesto sint, ruinae non palatia exstruentur.

Restat ut praecipua, quae in hac parte inde ab an. 1912 praestita sunt, paucis complectar, pro reliquis legentes ad recensiones ampliores paulo ante indicatas remittens.

Ad cursivam romanam indagandam materiam collegit H. B. van Hoesen, Princeton, 1915. De scriptura merowingica habemus nunc Ph. Lauer-Ch. Samaran-M. Prou, *Les diplômes originaux des Mérovingiens*. Paris, 1908, licet chartarum non librorum scripturam illustrent et exhibeant, tamen cum iis, quae apud Prou aliosque praesto sunt et quae ipse in hoc opere Prou pp. I—IX praefatus est aliquam saltem notitiam scripturae librorum possunt conferre.

Praeterea scripturam gallicam foverunt viri docti complures de quibusdam scriptoriis disserentes, ut de Lugdunensi, praeter Lowe, S. Tafel (Lindsay, Palaeogr. lat. II (1923), de Corbeiensi Liebaert (l. c. I 1922), de Turonensi Rand-Howe *Vatican Livy in Memoirs of American Acad. in Rome I* (1915). Ceterum habes utilissimam recensionem huius modi commentationum in H. Zimmermann, *Vorkarolingische Miniaturen*. Text 1—147, Berlin, 1916.

Scripturam Beneventanam plenissime et accuratissime illustravit E. A. Lowe, *Beneventan Script.* Oxford, 1914, quae exeunte saeculo 8 in Italia meridionali (Montecassino, La Cava) conformata est. Postea in Italiam quoque septentrionalem et Dalmatiam diffusa usque in saeculum 13. viguit. Hanc scrutatus est et propositis exemplis illustravit V. Novak, *Scriptura Beneventana*. Zagreb, 1920.

Alia etiam scriptoria italica obtinuerunt ut plenius illustrarentur; Novalicense et Bobiense a C. Cipolla, Aprutinum, sive Teatinum et Veronense ab E. Carusi et A. Spagnolo, Farfense a J. Giorgi, Sublacense a V. Federici, Vercellense praepaverat M. Vattasso.

De insulari, quae scoticam (septentrionalem), quam quidam magis ab unciali natam censent, et anglosaxonicam (meridionalem), secundum aliquos magis a capitali derivandam, complectitur, W. M. Lindsay non nulla nos docuit, quam scripturam antiquiorem Walensem (Early Welsh Script) et Hibernicam (Early Irish) in Zentralblatt f. Bibl.wesen illustraret.

Scripturam Visigothicam praeter Ch. U. Clark, *Collectanea hispanica* in *Transactions of the Connecticut Academy, Paris* (1920); excellenter illustravit L. Garcia Villada S. J., qui compendium utilissimum (*Paleografia espanola, testo et album*), 67 aptissime selectis tabulis instructum evulgavit. Praeterea L. Schiaparelli in codice Lucano 490 bibliothecae capitularis Lucensis (videsis supra p. 5) diligentissime illustrando, qui exeunte saeculo octavo et ineunte nono est exaratus, miram scriptorii Lucensis cum scriptura hispanica sive visigothica cognationem notavit.

Fuerunt qui scripturam germanicam hic tacendam esse censerent; at ea potius diligentius accuratiusque indaganda videtur atque illustranda. Tardius sane Germani a Romanis devicti sunt, exceptis partibus circa Rhenum et versus Italiam sitis; tardius ergo cum Christi nomine litterarum cultum sunt nacti. Ceterum in parte meridionali, apud Helvetios et Bavaros, ab Italia; in partibus septentrionalibus ab Hibernis et Anglis litteras, monasteria, scriptoria acceperunt. Litteras alias ab aliis delatas regionibus, ut usus fert, suo modo paulatim excoluerunt ac conformarunt; quam ob rem et singularum litterarum et scripturae ipsius origo et progressus subtilius diligentiusque eruendi et demonstrandi sunt.

In his, ut in reliquis, a minoribus ad maiora est progrediendum. A. Chroust, Swarzenski, H. Zimmermann, Hermann, M. Dvorak, R. Beer aliique amplam quidem materiam collegerunt, ita tamen ut plerumque magis picturas et ornamenta spectarent quam scripturam. K. Löffler Constantiense, R. Durer, A. Helbock, A. Manser, K. Mohlberg O. S. B. raetica scriptoria: Sangallense, *P. Lehmann, The (early) Mayence Scriptorium* in *Lindsay, Pal. lat.* IV (1925) 1 sgg.; *Lindsay, The (early) Lorsch Scrip-*

torium l. c. III. aliaque indagaverunt. Idem in Bavaria et in Austria largius praestandum, quod ex commentatione (textu) H. Zimmermann aperte patet. Haud pauca quoque in iis praesto sunt, quae in commentationibus de quibusdam celebrioribus codicibus ut de cod. Adda, de psalterio Egberti aliisque disputata sunt.

Haec sufficiant, non tam ut quae ab anno 1912 vulgata sunt singillatim recenseantur, quam ut universim demonstretur, quot et quantae sint accessiones, quae nostram exigant diligentiam. Fortasse quae hic congesta sunt aliquem excitabunt, ut quae pro studiis palaeographiae latinae iam praesto sunt, collecta atque opportune disposita vulget, ita ut huius disciplinae bibliographia possit appellari.

F. C. E.

LIBRI QVI SAEPIVS LAVDANTVR

L. Delisle, Le Cabinet des manuscrits de la Bibl. Nat. Paris, I (1868), II (1874), III (1881), Planches (1881), fol. The Palaeographical Society, Facsimiles of Manuscripts and Inscriptions ed. by E. A. Bond, E. M. Thompson and G. F. Warner. London, I Series, 1874—83, II Series, 1884—94, fol. — Indices to Series I and II. London, 1901, 8°. C. Zangemeister-G. Wattenbach, Exempla codicvm latinorvm litteris maivscvlis scriptorvm. Heidelberg, 1876; — Supplementvm, ibid. 1879, fol. E. Monaci, Archivio paleografico Italiano. Roma, 1881 ss, fol. P. Ewald-G. Loewe, Exempla scriptvrae Visigothicae XL tabvlis expressa. Heidelberg, 1883, fol. E. Chatelain, Paléographie des classiques latins. Paris, I (1884—92), II (1894—1900), fol. ID. Vncialis scriptvra codicvm latinorvm novis exemplis illvstrata. Paris, 1901, fol. E. M. Thompson, Handbook of Greek and Latin Palaeography. London, 2 ed., 1894, 8°. C. Wessely, Schrifttafeln zur älteren lateinischen Palaeographie. Leipzig, 1898, fol. A. Chroust, Monumenta palaeographica. München, I. Abt. (1899—1906), II. Abt. (1909 ss.), fol. F. Carta, C. Cipolla, C. Frati, Monumenta palaeographica sacra. Torino, 1899, fol. C. Cipolla, Codici Bobbiesi della Bibl. Universitaria di Torino. Milano, 1907, 2 voll., fol. F. Steffens, Lateinische Palaeographie. Freiburg (Schweiz), 1903; — Supplement, 1907, 47 tabb.; — 2 ed. 1907; — éd. française par R. Coulon O. P. (s. an.), fol. W. Arndt-M. Tangl, Schrifttafeln zur Erlernung der lateinischen Palaeographie. Berlin, fasc. I, ed. 4 (1904); II, ed. 4 (1906); III, ed. 2 (1907), fol. M. Prou, Manuel de Paléographie latine et française. Paris, 3e éd., 8°; — Album, fol. Id. Manuel de Paléographie. Recueil de fac-similés d'écritures du Ve au XVIIe siècle. Paris, 1904, fol. M. Ihm, Palaeographia latina. Leipzig, Series I (s. an.), fol.

TABVLARVM DISTRIBVTIO ET ENARRATIO

I De scriptura maiuscula. Bifariam dividitur haec scriptura: in capitalem et uncialem, capitalis autem in quadratam sive monumentalem [1] et in rusticam sive actuariam [2. 3]; unciali vero [4. 5] scripturae subiungenda est semiuncialis [5. 6. 7]. — De harum litterarum aetate ab iis, qui rem penitus cautiusque aestimarunt, haec tantum statui solent: 1) auctores profanos saeculo III p. Ch., sacros IV e chartis et libris chartaceis suapte natura fragilissimis describi coeptos esse, licet etiam hoc opinantes potius quam certis nixi argumentis ii viri docti asserere nobis videantur; — 2) litterarum *capitalium* exempla in codicibus, de quorum aetate certis constet indiciis, nobis non suppetere, nisi parumper ante an. 494 (Vergilius Mediceus); litterarum *uncialium* c. an. 546 (Evang. Fuldense); *semiuncialium* denique paullo ante an. 510; — 3) praecepta sive indicia, ad quae de harum litterarum aetate ex earumdem conformatione iudicari solet, hucusque ut diximus, certa via et ratione non esse constituta; unde perspicuum est, locum hunc de scripturae maiusculae aetate nonnihil obscurum incertumque esse; — 4) satis probabili coniectura statui, et capitales litteras et unciales, imo etiam semiunciales, procul dubio ab uncialibus derivatas, saltem a saeculo III vel IV simul viguisse atque a chartis in membranas esse translatas.

II De scriptura minuscula. Orta est scriptura minuscula tum ex maiusculis (semiuncialibus) litteris, tum e cursivis Romanis. Eo enim nitebantur librarii, ut illas faciliores angustioresque, has magis perspicuas redderent. Itaque in aliis libris minusculis litteris descriptis conformatio maiuscularum, in aliis tractus ductusque cursivarum praevalent. A maiusculis litterae Anglo-Saxonicae sive insulares et Carolinae; a cursivis Merovingicae, Visigothicae, Italicae (Beneventanae), Germanicae dicuntur derivatae (Cf. E. M. Thompson, Handbook of greek and lat. Palaeogr.[2] p. 217 ss.; L. Traube, Vorles. u. Abh. II, 22 ss.) Antiquarum enim litterarum commutatio innovatioque non uno modo in omnibus provinciis, sed alio in aliis contigit. Inde natae sunt:

A. litterae, quas nationales vocant. — 1. Scriptoria Italica: a) litterae *semicursivae*, quae sunt quaedam quasi prima tentamina ita transformandi litteras cursivas in conscribendis tabulis usitatas, ut exarandis codicibus aptae evaderent. E duobus, quae praebemus exemplis alterum cursivas, e quibus natum est, litteras adhuc redolet [8], alterum eas iam elegantius efformavit [9]. — b) Scriptura *minu-*

scula: α) *Italiae septentrionalis*, quae in scriptoriis Bobiensi, Veronensi, Vercellensi, Lucensi, Nonantulano aliisque citius conformata est quam in Italia meridionali, sed brevi a Carolina est submota [10]. — β) *Italiae meridionalis* sive *Beneventana*, quae serius nata, saeculo IX et X paullatim efficta et perfecta [11. 12], saeculo demum XI et XII plene eleganterque est conformata. Atque haec quidem bifariam dividi potest: (1) in *Casinensem* paullo angulosiorem [13. 14] et (2) in *Barensem* rotundam [15], quae etiam in insulis Dalmatiae adiacentibus ab exeunte saeculo XII in usu fuit [16]. — Ceterum saeculo XIII Beneventana scriptura negligentius ducta elanguit atque Carolinae locum cessit [17].

2. Scriptoria Gallica. a) Litterae *Merovingicae*, quibus iam dudum tabulae conscribebantur, exeunte saeculo VIII ad exarandos codices translatae sunt, licet satis horridae essent ac complures notas continerent potius suspensas quam rite conformatas [18]. — b) Mox litterae distinctius elegantiusque pictae sunt, sed non una in omnibus provinciis ratione. Qua de re complures distingui possunt classes, quarum nonnullae fortasse etiam extra Galliam adhibitae sunt. Antiquiorum, quas Traube (l. c. p. 24 et apud Burn, Facsimiles of the Creeds, London 1909, p. 47) *Luxovienses* vocavit, exhibemus exemplum [19]. — c) Ab his non parum differunt litterae Galliae septentrionalis sive *Corbeienses*, quas, inter se non nihil diversas, accuratius scrutatus est Traube in 'Perrona Scottorum' (SBer. der hist. Kl. der Kgl. Bayer. Ak. 1900, pp. 469—558; cf. Loew, Studia palaeogr. l. c. 1910, pp. 36 ss.) [20].

3. Scriptoria insularia sive *Scottica* et *Anglo-Saxonica*. Aliarum provinciarum librarii litteras suas a cursivis Romanis derivarunt, Scottici vero et Anglici suas e semiuncialibus effinxerunt, idque ita ut eas primum rotundas, postea angulatas conformarent. Hae litterae ex insulis Britannicis a Scottis 'pro Deo peregrinantibus' in monasteria ab eis per Galliam, Germaniam, Italiam constituta exportatae sunt; verum ibidem, cum formis in illis provinciis usitatis non nihil inficerentur, a patria sinceritate deflexerunt [21—24].

4. Scriptoria Hispanica sive *Visigothica*, quorum litterae, ut paullo ante notavimus, e cursivis Romanis derivatae esse dicuntur. Exempla damus tum nascentium [25] tum adultarum [26].

5. Scriptoria Germanica. Nulla, quod sciamus, hucusque facta est mentio, certe nulla edita sunt exempla litterarum nationalium Germaniae saeculo VIII propriarum, licet vere extiterint. Quod tam diu ignoratae fuerint earumque exempla ita sint rara, inde forsitan evenit, quod Carolinis mox locum cesserint. Profecto intra breve temporis spatium vixdum natae adoleverunt evanuerunt [27. 28]; quod etiam contigit, ut supra animadvertimus, litteris Italiae et Galliae septentrionalis.

B. Scriptura Carolina, a praecipuo eiusdem fautore ita appellata, a litteris uncialibus et semiuncialibus, maximeque ab inclinatis illis derivata esse videtur, quae in marginibus complurium antiquissimorum codicum, ut Frontonis Bobiensis (v. [F. Ehrle] Frontonis aliorumque reliquiae in Codd. e Vatic. selecti VII, 1906, pp. 22, nota 10; 21, nota 19; 24) et Prudentii Parisiensis (v. Delisle, Cabinet des mss Planches, tab. 1 n. 3) comparent. Orta et conformata est maxime in monasteriis Galliae, praecipue prope Turones sitis (Traube, Vorles. u. Abh. II, 25). Complura exempla collecta habes in Delisle l. c. tabb. 13—17 et habebis in Loew-Liebaert, Scriptura minuscula latina antiquior. II Scriptoria Gallica. — Exhibemus specimina saeculi IX: Germaniae [29], Galliae [30], Italiae [31]; — saeculi X: Galliae [32], Germaniae [33]; — saeculi XI: Angliae [34], Italiae [35].

C. Scriptura Gothica. Praebemus exempla saeculi XII, quo librariorum litterae quasi mediae sunt inter Carolinas et Gothicas, Galliae [36], Germaniae [37], Italiae [38]; — saeculi XIII: Galliae [39], Angliae (philosophicum) [40], Galliae (medicinae) [41], Italiae (theologicum) [42 b]; — saeculi XIV: litterae Parisiensis (theologicum) [42 a], litterae Bononiensis (iuris canonici et civilis) [43. 44]; — scripturae Gothicae ad humanisticam vergentis: Italiae [45], Germaniae [46].

D. Scriptura humanistica, quae, renato paullatim latinarum litterarum studio, ad elegantiam scripturae Carolinae rediit. Habes specimina saeculi XV: Germaniae [47], Italiae calligraphicum [48], Galliae [49], Italiae cursivum [50].



Vergilius Augusteus. Capitalis Quadrata. Non post saec. IV.



Vergilius Vaticanus. Capitalis rustica. Saec. IV.



Vergilius Mediceus. Capitalis rustica. Ante an. 494.



Terentius Bembinus. Capitalis rustica. Saec. IV (?).



CVNCTAVIDENSMAGNOCVRARVMFLVCTVATAESTV
ADQVEANIMVMNVNCHVCCELEREMNVNCDIVIDITILLVC
INPARTISQVERAPITVARIASPERQVEOMNIAVERSAT
SICVTAQVAETREMVLVMLABRISVBILVMENAENIS
SOLEREPERCVSSVMAVTRADIANTISIMAGINELVNAE
OMNIAPERVOLITATLATELOCAIAMQVESVBAVRAS

Vergilius Romanus. Capitalis rustica. Saec. V (?).



ERRABVNDABOVISVESTIGIAFORSITAMILLVM
AVTHERBACAPTVMVIRIDIAVTARMENTASECVTVM
PERDVCANTALIOSTABVLAATGORTYNIAVACCAE
TVMCANITHESPERIDVMMIRATAMMAIAPVELLAM
TVMPHAETHONTIADASMVSCOCIRCVMDATAMARE
CORTICISATQVESOLOPROCERASERIGITALNOS
TVMCANITERRANTEMPERMESSIATELVMENACALLVM
AONASINMONTESVTDVERITVNASORORVM

Vergilius Palatinus. Capitalis rustica. Saec. V (?).



Cicero de republica. Uncialis maior. Saec. IV (?).
(S. Aug. in Psalm. Uncialis. Saec. VII/VIII.)



Uncialis saec. V. — a Scholia Bobiensia in Cic. (Conc. Chalcedon.). — b Livius Lateran. — c Evang. S. Eusebii Vercell. — d Epist. S. Cypriani Bobiens.



securitatem audi heretica aedam natio
nis publicum sensum et intellege te diui
nae religionis hostem et inimicum memo
riis sanctorum et paternae pietatis
rebellem

expl. liber inconstantium

a

officia prouincialia decem librarum
auri poena constringet, nisi in his quae
a iudicibus super hoc praecepta fuerint,
exsequendis, et sagacissimam curam
et sollertissimam operam commoda
rint. dat. VIII. kal. mart. rom. honorio
VII. et theodosio II. aa. conss.
Id. aa. porfyrio pu. afric. Lice. et crimina

b

c

d





a S. Hilarius, v. tab. 7. — b Codex Theodosianus. — c Frontonis epistulae. — d Juvenalis satirae. — Saec. VI.



S. Hilarius contra Constantium imp. Semiuncialis. Ante an. 509/510.



S. Augustini sermones. Semicursiva italica. Saec. VII ex.



Cassiodori de instit. div. litter. Semicursiva Italiae septentr. Saec. VIII.



PREFATIO DE QUATTUOR SEQUENTIB(US) DISCIPLINIS DE MATHEMATICA

Mathematica latine dicitur doctrinalis scientia quae abstractam considerat quantitatem. Abstracta enim quantitas est quam intellectu a materia separantes vel ab aliis accidentibus ut est par inpar vel ab aliis huiuscemodi in sola ratiocinatione tractamus. Cuius species sunt quattuor, idest arithmetica, musica, geumetrica et astronomia. Arithmetica est disciplina quantitatis numerabilis secundum se. Musica est disciplyna quae de numeris loquitur qui inveniuntur in sonis. Geumetrica est disciplina similitudinis et formarum. Astronomica est disciplina quae cursus caelestium siderum atque figuras contemplatur atque omnes habitudines stellarum. Quas disciplinas deinceps paulolatius indicamus.

66.

S. Isidori etymologiae. Minuscula antiquior Italiae septentr. Saec. VIII/IX.



nul & boni officiu dum plus premiatur perdeat.
Sollicite igitur discretione ceteris est moderen-
de cum ceteris scilicet ne cecidit in aegre extinguatur
aut in modere delectetur. Infirmitate ceteris
nimice prevalente ad cepperfectionem pertingere ne
mo potest. Nam quemvis scientia cum moreque
quod habebat exsequitur mentem non bene et operis men-
tum. Cui in attentione cordis deservire conceditur
Corporis debilitates nimice etiam vires cenimefren-
git mentis quoque ingenium fecit increscere,
Ne cuncta et quicquid boni per inbecillitatem profi-
cere nequid nimis nam quidquid commodo et
temperamento fit salutare est quidquid ceu tem-
nimis. Et ultra modum est perniciosum fit, studium
quoque suum in contrarium vertit. In omni opere modum
et temperamentum oportet habere. Nam omne quod
excedit periculosum est sicut tamquam quemquam si
nimios imbres prebetur non solum nullum usum
cedhibet. sed etiam periculum exibet.

EXPT. LIBER SECUND.
INCIP. LIBER TERTIUS.

S. Isidori ll. sententiarum. Beneventana. Saec. IX.



Gesta episcoporum Neapolit. Beneventana. Saec. X.

neque stare posset. cuius quoque in sellula portabantur
iudici offerretur. Quorum unus qui deo sacrificare negaverat, alter
pro nomine eorum; cum eadem fide in domini confessione per-
duraret. Quique iubentur camelis impositi per totam cir-
cumduci urbem. et flagellis hinc inde inspectan-
te populo laniari. usque quo sine ipsis visceribus con-
sumerentur. Lugduni sancti Abdomeni viri dei.
XIIII C ii kl mar. In territorio Lugdunensi locis Iurensibus
Natale sancti Romani abbatis. Qui primus illic vitam
heremiticam duxit. quique beatissimo patri Benedi-
cto in initio conversationis suae adiutor et coopera-
tor extiterat. ac multis virtutibus miraculisque
praeclarus. plurimorum postea monachorum pater effec-
tus in pace quievit. Eodem die sanctorum martyrum Macharii.
Rufini. Iusti. et Theophili. Mar habet dies xxxi. Lun xxx.
iii D K dies martii. Rome Natale sanctorum martyrum ducen-
torum sexaginta. temporibus Claudii. qui ad
salariae arenam fodiendam damnati fuerant
pro Christi nomine. Quos iussit Claudius sua
in arenariae fossis muros portae salariae mitteren-
tur. et eo loco inclusi amphitheatro militum
sagittis in eadem percelerentur. Cartagine sancti Donati

Martyrologium Casinense. Beneventana. C. an. 1087.



Annales Beneventani. Beneventana C. an. 1113—20.



Evangelistarium. Beneventana. Saec. XI.



Evangelistarium. Beneventana. An. 1082.



Chronicon Vulturnense. Beneventana. Post an. 1260.



Missale Gallicanum vetus. Merovingica. Saec. VIII.



S. Gregorii regula pastoralis. Merovingica. Saec. VIII.



Sacramentarium Gelasianum. Corbeiensis. - Saec. VIII.



FINIT INTERPRETATIO NOMINUM
INCIPIT ARGUMENTU EUANG MARCI

Marcus euangelista di et petri in babtismate filius atq in diuino sermone discipulus sacerdotium in israhel agens secundum carnem leuita conuersus ad fidem xpi euangelium in italia scribsit ostendens in eo quid et generi suo deberet et xpo. Nam initium principii in uoce prophetice diuinae uocis animatum initio euangelicae predicationis ostenderet ut quis haec legens sciret cui initium carnis in dno et ihu aduenientis hoc bitaculum caro deberet agnoscere atq in se uerbum uocis quod in consonantib perdiderat inueniret. Denique et perfecti euangelii opus intrans et a babtismo dni predicare dm inchoans non laborauit natiuitatem carnis quam in priorib uiderat dicere sed totus in primis expositionem deserti ieiunium numeri temptationem diaboli congregationem bestiarum et ministerium protulit angelorum

Evangelistarium. Anglo-Saxonica. Saec. VIII.



S. Augustini sermones. Scottica. Saec. IX in.

·xx·iiii·mens· martii pridie · & dedicat· ·ii· k· apr
lo· ann· dc· ·; h monbus & qcl̃ ipse· xcv· annor· & re
gnu ipsoꝝ ire ipe nerat· ·iidꝰ p explcon
·xc·v· annor· h ado· dnu qcl̃ rci· & ichpit qclor rros ⁊ cpalis
abano· cl·m· diocltiam· ·ii· dnicꝰ qcl̃ nob ne
chrano ppolitimꝰ· f· adonim pmꝰ qcl̃ & nor
abano· cc·xl·vm· exto diocltiam ichpimꝰ lcam ⁊
crpnat· ·nb· ⁊ logo ꝛcepit· ·Urtim ꝛtiopol
Doc̃ abbar unitatum gla clarit· & rc̃ ggoꝝ ꝺoia
nomam ꝓtoꝝ rre plin ann· ·ii· mre obtꝰ
rrispatoꝝ paglis· ob·

1 Domitiꝰ· l ir· ·ii· ann· ꝺc tꝝ· imꝑatoꝝ pis· ann·
xx·vii· hi rc̃· & ann· ⁊ ano· ꝺ·l·m· p pr· ·i· h· ꝺ· p· t· c·
dxlix Iustinian augus· ii cons· Bilt anꝰ patricꝰ obiit dxxxvii
mnabilit· tnit parte· ⁊ mitꝰ uuarcaloꝝ gbn
ol n Decius vc consul· Bilt anꝰ arch̃iano ingr̃ca dxxxvii
c̃ deleuit·
Bdli mLampadiuſ hor rtes uir clarissim cons· hic ob· felix dxxxix p ob· iii· id· oct·
Bonifacius papa lim p petrũ ann· ii· ⁊ ado nere lutal alexandria bon· p ob· d·xxvii· in oct·
dlii mpe· lãpadion ho fetus· Corpꝰ rq· antonii monachi dxxxx· assumpt· lãpadi· f·
obiit· ·iiii· cal· beati iohan bab· hr· mar·
dliii r· lãpadiꝰ hor ctus· uir clarissim cons· hic ob· dxxxxi p ob· xvii· die m· oct·
Heraclius papa lv· ann· duob· ⁊ anoꝝ ptiron· ·i· ann· ·xii· mercurii· q· ioh· p ob· vi· k· nou·
hr· rr· gcl̃ magn· parcalr· dnicoꝝ· ·xx· oroꝝ pc· tal· lãpadi
dnr· nr· ihr· xpc· patꝝ· ·viii· die· ·i· apl· lrna· xv·
atq· vi· k· apl· lrna· xvii· ascendit· ihr· ·y· in cel·
ano· xvii· ipe· tibi· chr· mandat· ·y· ad· hr· tom· d· euangeliũ·



Psalterium c. glossis Petri Lombardi. Scottica. Saec. XII/XIII.



Epist. ad Galat. lat. et arab. Visigothica. Saec. IX.



S. Isidori ll. Sententiarum. Visigothica. Saec. XI.



S. Gregorii M. in Ezech. Germanica. Saec. VIII.



Annales Nazariani (Lorsch). Germanica. an. 791.

tertiae duo fiunt simul xc ii hos partire in septem remanet . i . ipse est
dominica pascalis festi sic quamlibet diem a kalendis ianuarii usque
XXXI diem mensis decembrii quota fuerit inuenies computando
ut et regulares mensium et concurrentes dies et quae a ianuario
semper incipiunt pariter adsumes EXPLICIUNT ARGUMENTA PASCHALIUM TITULORUM
Quomodo reperire possit quota sit feria sit INCIPIT CALCULATIO
qualis anni sit xiiii luna paschalis id est circuli decennouenalis pri
mo anno qui non habet epactas pro eo quod cum sit xviiii in ferioris
anni xviii ad suas xi epactas addito etiam ab egressu i dies fiunt
xxx id est luna mensis unius integra et nihil remanet de epactis
et quia in aprili mense incedit eo anno luna paschalis xiiii tene re
gulares in eo semp xxxv subtrahe xxx id est lunam integram et rema
nent v quinto die a kalendis aprilis id est nonis aprilis occurrit
xiiii luna paschalis tene supradictos v adde et concurrentes
eiusdem anni iii fiunt viii et regulares in eodem semper mensis
aprilis viii fiunt xvi hos partire per vii id est bis septem xiiii remanent
ii secunda feria incurrit luna xiiii paschalis et dominicus pascha
lis festi dies luna xx

Item praefati circuli annus secundus quo sumunt exordium epacte xi et
incedit in eodem anno luna paschalis xiiii mense martio tene regulares
xxxvi in eodem semp subtrahe epactas xi remanent xxv xxv die a ka
lendis martii quod est viii kal aprilis occurrit luna xiiii paschalis tene
suprascriptos xxv adde concurrentes eiusdem anni v fiunt xxx adde
semper in fine huius mensis regulares iiii hos partire per vii id est
septies quaterni xxviii remanent vi ui feria occurrit xiiii luna
paschalis et dominicus festi dies paschalis luna xvi

Iterum mensis aprilis septimo circuli decennouenalis anno tertio tene
semper in eo semp mense in primis regulares xxxv subtraho epactas
eiusdem anni xxii remanent xiii tertio decimo mensis die id est idus
aprilis occurrit luna paschalis xiiii tene hos xiii adde concurrentes vi
fiunt xviiii adde in april semp inferius regulares vii fiunt xxvi hos per vii
partire ter vii xxi remanent v v feria erit xiiii luna paschalis

Computus. Carolina. An. 810.


spiritalium operum suorum gestu motuq; se psallet ut cantionem hanc nouam cantet; Qui das salutem regibus. Regibus quibus dictum est; Venite benedicti patris mei. possidete praeparatum uobis regnum a constitutione mundi; Qui nobiles ligabunt. qui reges manicis & conpedibus constringent. qui iudicabunt. arguent. uindicabunt; & quomodo salus regibus detur. ostendit; Qui liberas dauid seruum tuum; Cum nempe dauid. de quo hic idem liber ex persona dei patris alio psalmo profetat; Posui adiutorium super potentem. exaltaui electum de plebe mea; Inueni dauid seruum meum. oleo sancto meo unxi eum. Manus enim mea auxiliabitur illi; Ipse inuocauit me pater meus es tu. deus meus susceptor salutis meae; Et ego primogenitum ponam eum. excelsum super reges terrae; & sedes eius sicut sol in conspectu meo. & sicut luna perfecta in aeternum. & testis in caelo fidelis; Et rursum in psalmo eodem ex persona eius ad patrem; Sicut iurasti dauid in ueritate. Memor esto domine obprobrii seruorum tuorum quod continui in sinu meo multarum gentium; Quod exprobrauerunt inimici tui domine. quod exprobrauerunt commutationem christi tui. Obprobria multarum gentium in sinum suum dauid hic unus excepit; Ipse enim peccata nostra suscepit. & infirmitates nostras portauit; liuore eius nos sanati sumus; Itaque dum hic dauid liberatur. & legi mortis eximitur. salus quoque regibus datur; Ipse est enim primogenitus ex mortuis; & ut in adam omnes morimur. ita & in christo omnes resurgimus; Liberatio ergo eius. salus regum est; Regnabunt enim conformes gloriae suae. per adsumptam ab eo naturae nostrae coniunctionem. Sursum omnis in naturae eius communione mansuri; Eripitur ergo hic dauid de gladio malignorum;

Spiritum enim iam posuit. cum uoluit; Nec expectauit ut animam in praesentibus emitteret; Ipsam in manus eius. manus in reliquias non habuit; At enim; De gla

S. Hilarii in Psalm. Carolina. C. an. 850.



Ego indi omnipotentis nomine Teudulfus s(an)c(t)ae terdonensis ecclesiae indignus ep(iscopu)s sedula mecum cogitatione pertractans dominicu(m) p(rae)ceptum quo dicit· Vigilate itaq(ue)· quia nescitis diem neq(ue) hora(m)· Uale iudicaui ut quicquid mihi bona uoluntas suggesserit sec(un)d(u)m propriarum uirium possibilitatem adimplere debea(m)· incert(um) secundu(m) quod supra d(omi)n(u)s dicit· quando meae finis ultima hora sup(er)ueniat. Ideoq(ue)· in bono opere parat(us) existere debea(m)· Ducti itaq(ue)· amore filii d(e)i qui me adhunc dignatus· e(st) honorem perducere et procui dilectione hunc presentem libru(m) scribi uolui· Offero eum p(ro) amore et auunculi mei iohannis uenerabilis ep(iscop)i qui huic ecclesiae ubi et ego p(rae)sideo facere temptauerit· rationem se de at re quoram d(e)o redditurum sciat et inuasor dominicarum rerum· Hunc itaq(ue) libru(m) uicenti mittimus p(er) manu(m) sumberti diaconi n(ost)ri et primicerii seu et p(er) manu(m) claudii uassalli et nepotis n(ost)ri· Et ut firma sit haec n(ost)ra oblatio et inuiolabilis p(er)maneat manu n(ost)ra p(ro)pria subscribere uoluimus· et sumberto diacono n(ost)ro notario et primicerio scribere quae obtuli iussi· Actum est anno abincarnatione d(omi)ni n(ost)ri ih(es)u xp(ist)i· octingentesimo sexagesimo secundo· indictione decima·

Teudulfus · ep(iscopu)s · SSS.

Iste liber est monachorum congregationis s(an)c(t)e Iustine de obseruantia ordinis s(an)c(t)i benedicti residentium in monasterio s(an)c(t)i columbani de bobio scriptus sub numero 47.

Claudii Taurin. in epist. I ad Cor. Carolina. An. 862.

Inenarrabili alacritate p̄uentus. ego Rahingus monachus ex flauiniaco monasterio leuitaq; simul
exigente omniū utilitate fratrū publicę rei dū fungerer officio. malui colligendorū librorū
studio mancipari quā otio desipiscens torpere ignauię simulq; aliis meā pdere insitiā, utq̄m
forinsecus actio carnaliū siue labiliū augebatur curarū multo magis intrinsecus spiritaliū sēpq;
mansurarū aucm̄taretur pvidentia rerū. Itq̄m inopiā quorundā absentiū uoluminū p̄uidebā
ad futurā pene deficientibus scriptoribus quise huic operi cū sedulitate intermiscere uell
Tū ego adhibita omni celeritate mearū uirium p contatus sum memet huiusmodi intersere
officio nequando studiū peritię pondere p̄graueretur insitię. Hocquoq; intuitus caracteri
p̄sentis libri cunctis ostentat aspicientibus. Quē ego deuoueo dō & scō petro ppetualit̄ pman
surū p multa curricula temporū propt̄ exercitium degentiū puerorū laudēq; dī & aplorū
principis petri. Definitius aūt uisū est michi hunc codicē carminū uirgilii poetę hoc in loco
seruari. iugit̄q; in eo quę necessaria sunt meditari. quā a quo quā fraudulent̄ alienari. Quia si fece
rit in die magni iudicii dā nationē sui reatus sumet ęternā. Tu uero studio selector quicūq; hoc
p̄spexeris. mem̄to mei & dic. Aporta inferi eruedn̄e animā famuli tui rahingi. CARMINA VIRG

Omps ęterneds qui lumina phoebi
Conspicis ęsolio. Vndiq; cęlicolis
Septus habire iubes celerē p̄scla & ipsū
Quo reseret clausis. Lumina habunda simul

Principiumq; tui capiunt nascentia terrae
Haec humus ut generat. Tuq̄m bonus es
Supplicat en famulus patri dn̄oq; potenti
Sedulus assistens. Tu quia uota capis

Vergilius cum comment. Servii. Carolina. C. an. 900.



dita fecit esse potabilem · et siti
enti populo de petra ꝓduxit ;
Benedicote et per ihm̄ xp̄m filiū
eius unicum dn̄m nr̄m · qui te in cha
na galileae signo ammirabili sua
potentia conuertit in uinū · qui
pedibus super te ambulauit · &
a iohanne in iordane in te baptiza
tus ē · Qui te una cum sanguine
de latere suo ꝓduxit · & discipu
lis suis iussit ut credentes bapti
zarentur in te · dicens ; Ite docete
om̄s gentes · baptizantes eos · in no
mine patris · et filii · et sp̄s sc̄i ·
HIC MUTAUOCEM · QUASI
LECTIONEM · LEC̄ ·

Sacramentarium. Carolina. Inter an. 978 et 993.

& ad matutinum lætitia ·
Ego autē dixi in habundantia mea ·
non mouebor in aeternum ·
Dn̄e in uoluntate tua ·
præstitisti decori meo uis tutem ·
Auestisti faciem tuam a me ·
& factꝰ sum conturbatus ·
Ad te dn̄e clamabo ·
& ad dm̄ meum deprecabor ·
Quae utilitas in sanguine meo ·
dum descendo in corruptionem ·
Numquid confitebitur tibi puluis ·
aut annuntiabit ueritatē tuam ·
Audiuit dn̄s & misestus est mei ·
dn̄s factꝰ est adiutor meus ·
Conuestisti planctum meū in gaudiūm ·
conscidisti saccū meū, & circū dedisti
me laetitia ·
Ut cantet tibi gl̄a mea & non conpungar ·
dn̄e ds̄ m̄s in aeternū confitebor tibi ·
XXX · IN FINEM PALMUS DAUID · UOX
XPI POSITI IN CRUCE · :
Inte dn̄e spaui non confundar in aeternū ·

Psalterium. Carolina. An. 1019/20.

L.

g

mane. R. leonē. Nūq̄d ibi legit̄ inq̄sitiōem fuisse factā. utrū iuste an iniuste dioscor̄ ipsā excōmunicationē dictasset. N̄ plane. S; qst̄ oī absq; cōfusia hi ieo ultas. q̄a cū ēēt īferior. potiorē q̄b; lib; conat̄ ē lacessere iniuriis. Teste anatholio cōstantinopolitano p̄sule. q̄ dic̄. q̄ p̄pt̄ fidē n̄ē dāpnat̄ dioscor̄. s; q̄a excōmunicationē fec̄ dō archi epō leoni. It̄ in ead. Quom̄ n̄ egeat q̄lib; synodū. R. sed. q̄ñ in ephesino latrocinio. cōctis p̄sulib; & ipsis p̄sulib; q̄q patriarchis p̄labentib; ñ magnus leo. imitato scilicet illiū leonis de quo sc̄ptū ē uicit leo de tribu iuda. diuini excitat̄ os apiens. totū orbē 7 ipsos q̄q aug̃ ēcutteret. 7 ad pietatē cōmoueret. religio catholica penitus ēcorrueret. cxxx.

Nycolaū epc̄ seruus seruoꝝ dī. dilecto filio michaheli glōso impatori grecoꝝ. Opōtet urm̄ imp̄ialē decꝰ qđ in oīb; ecclasticis utilitatib; uigere audiuim̄. ut antiquū morē. quē n̄ra eccl̄a habuit. ur̄is t̄pib; restaurare dignemini. q̄ten̄ uicē quā n̄ra sed̄ p epōs. ur̄is ī partib; cōstitutō habuit. uidelicet thessalonicensē. q̄. R. sed̄ uicē p epyrū ueterē epyrūq; nouū. atq; illiricū. macedoniā. thessaliā. achaiā. daciā. ripensē. daciā. mediterraneā. mysiā. dardaniā. 7 p̄ bali. bāto. P. aptoꝝ p̄ncipi c̄ct̄ dicere nullus p̄sumat. Que an̄ cessoꝝ nr̄oꝝ t̄pib; scilicet damasi. sirici. inocentii. bonifatii. celestini. xisti. leonis. hylarii. simplicii. felicis. atq; hormisde. scoꝝ pontificū dispositiōīb; agebat̄. Quoꝝ denīq; īstitutiōīb; ab eis illis ī partib; destinatas. p̄ nr̄os missos ut rei ueritatē cognoscere q̄atis ur̄ē augustali potentie dirigere curām̄.

Itē p̄ recta calabritanū patrimoniū. syculūq; q̄ n̄rē eccl̄e c̄cessa fuer̄. 7 ea q̄ ad p̄sidenda optinuit. 7 disponendū p suō familiares regere studuit n̄ris c̄cessiōīb; reddant̄.

Q m̄ irrationabile ē ut ecclastica possessio un̄ luminaria 7 c̄cinnatiōes ecclē dī fieri debent. t̄rena q̄mini potestate subt̄hant̄. s; domus dī restituta meritū redditoris multiplicent. 7 suscipientes uotū sp̄iat desidii lucris exerceat̄. Int̄ ista 7 supius dicta uolumus ut c̄secratio siracusano archi epō n̄ra a sede impendat̄. ut t̄ditio ab aptis īstituta. nullaten̄ ur̄is t̄pib; uioletur. cxxxi.

VERŪ & it̄ bāto aptōs sic 7 p̄ū scē pp iulii. 7 postea ille magnꝰ 7 scs leo descibit. in similitudine honoris. fuit q̄dā discretio potestatis. Et cū oīū par ēēt electio. uni tam̄ datū ē. ut c̄teris p̄mineret. De q̄ forma epoꝝ q̄q ē orta distinctio. 7 magna ordinatiōe p̄uisū ē. ne oēs sibi oīa uendicarent. S; ēēnt ī singlis p̄uinciis singli. q̄ꝝ int̄ fr̄s habet̄ p̄ma sentia. Et rursꝰ q̄dā ī maiorib; urbib; c̄stituti. sollicitudinem eius suscipent āpliorē. p q̄s ad unā. P. sedē uniūsalī ecclē cura c̄flueret. 7 nichil ūquā a suo capite dissidet. Qđ si q̄dā ex uob ullo ī tiori cōp̄hendissent obtutu. nūq̄ rothardū epm̄ suessionice urb sine c̄sensu n̄rō deponerent. depdarent. 7 in exiliū pulsū monasteriali custodia manciparent. Et infra. Quid rogo de ptris et de inferiorib; gdū cleris ageret̄. q̄ apnoꝰ q̄q causa a chalcedonensis c̄cilii regul c̄uratio exigit audiri iubet̄. si epōs tanta facultate deponitis. Et ī fra. Ā sede s aptica cap n̄ est. Frustra ag̃ ut multa p̄ttā. c̄ciliū sardicense ad iuliū pp scbens retcctā. D. Optimū et ualde c̄gruentissimū ēē uidet̄. si ad cap̄. id ad bāti. P. sedē de singlis q̄b;q; p̄uinciis dn̄i refert̄ sacerdotes; At c̄t̄ adeo hanc despicitis ut ad ea nihil de maiorib;

Card. Deusdedit collectio canon. Carolina. Inter an. 1099 et 1118.


Actib; egregius meritis pastor uenerand⁹.
Iustus ⁊ insignis ranilând⁹ in ordine fulsit.
Cōpaciens cunctis mitisq; refert⁹ opimis.
Prefuit in poplo dñi uenabil' hugo.
Et tbuit scē subiectis dogmata uite.
Sedē robt⁹ digne pastoris adeptus.
Viribz enituit scīs iuste qq; uixit.
Grimo deuot⁹ pastor pius inclit⁹ actu.
Suscipit ecclīam diuino iure regendā.
Culmine pastoris nitinit rainfrid⁹ in omi.
Actu magnific⁹ constructor pontificat⁹.
Remigius p̄sul regali stirpe creat⁹.
Vir to deuote poplo dans dogmata uite.
P̄sul meinard⁹ bonitatis odore refert⁹.
Subiectos docuit uiciorz sorde piauit.
Presul successit cui gillebtus in omi.
Constans ⁊ lenis popli pastorq; fidel'.
Reincuard⁹ huic successit in ordine felix.
Hic aliud mittes cōpescuit atq; rebelles.
Gumbald⁹ iuste tenuit moderamine uite.
P̄spiciens poplo uenabil' ut pote pastor.
Insignis paulus pastoris culmine dign⁹.

Hathāli clarus s; nullo nobil' actu.
Presul maurili⁹ doctrine luce refert⁹.
Moribz eximius p̄fulsit ⁊ actibz almus.
Puigil antistes in eadē sede iohes.
Legis aplice studuit documta tenere.
Post hunc Willm⁹ uir nobil' atq; benign⁹.
Catholice plebē tractauit rothomagensē.
Catholico more gaufrid⁹ functus honore
Ecclie multa bona contulit intus ⁊ extra.
Huic successit amor pleb tremor hugo potentū.
Clarus auis clar⁹ studiis recreator egentū.
Presul rotrold⁹ sequitur scōs pietate.
Prefulgens genus ⁊ nobil' nobilitate.
Hunc sequit dign⁹ Walter⁹ lincoliensis.
Rothomagensium fēs de p̄sule presul.
Robert⁹ p̄sul mox cognōie pullus.
Solutus hinc uere subeundus pascua uite.

[S. Aug. de civ. Dei] Catal. episc. Rotomag. Carolina-Gothica. C. an. 1110.


Laici. Rodolf. Wecel. Ermphr. Diemar. Friderich pat̄ eād̄ virginis.
Acta s̄ hec anno dn̄i ā̄ c xxxi. indict. viiii. iii. non. iun. fra vi. sub ep̄o Ottone. 7 p̄posito Ebhardo.
Noti sit oib̄ xp̄i fidelib̄. q̄d hiltegart de Erlenbach delegauit p̄pria ancillā suā Adalhaidā filiā Walcmanni. ad altare s. Iacobi. iiii. id. aug. anno dn̄i ā̄ c xxxi. indict. viiii. sub ep̄o Ottone. p̄posito Ebhardo. Cui rei testes s̄. Canonici. P̄posit̄ Ebhardus. Regil. Bezeli. Heinric. Heimo. Berker. Ebrat tansponsis.
Laici. Rodolf. Wecel. Poppo fr̄ hildegarde. Walcman pat̄ puelle. Liutherc de medemesdorf. Poppo.
Noti sit oib̄ x fidelib̄ q̄d dn̄s Gebehardus de Staine p̄prios famulos suos Wigbertū et sororē ei hailecā cū filio suo Sigefrido. tradidit ad altare Sc̄i Iacobi. ea c̄dtione. ut habeat ius ministerialiū ecclē. Hui rei testes s̄ hi. Regil. Bezeli. Heimo. Adal. canonici.
Laici u̇. Wolfrā de Sterebach. Wolfrā 7 Folcnant de muessendorf. Gotescalc ho dn̄i Gebehardi. Ermbreht. Wecel. Rodolf. Irmfrit. Diemar. Beringer. 7 alii plures. Acta s̄ anno dn̄i ā̄ c xxx ii. indict. x. vi. id. febr. Sub ep̄o Ottone. et p̄posito Ebhardo.
Anno dn̄i m c xxx ii. ind. x. viiii. k. oct. fra. iiii. sub p̄posito Ebhardo. Poppo delegauit ancillā suā hazachā ad altare sc̄i Iacobi. Cui rei testes s̄. Canonici. Regil. Heimo. Bezeli. Heinric. Adelo. Laici. Rodolf. Wecel. Ermphr. Gundera. Herdegen de hagenebg. Richolf de ecceolfeshusen.

Catal. episc. Rotomag. Carolina-Gothica. Saec. XII—XIV.

intendens uigilanter pro eis laborauit: sic benigne eos legatos et ipsorum uota ita exaudiatis quod debite ad consecrationem sacri imperii ipsum sine prorogatione uocetis, ut per exauditis precibus que iocundum fuerint sortite euentum innumerabiles gratiarum actiones obnoxii teneamur perpetuo uestre sanctitati exhibere. Insuper dominus Monachus de uilla nostre urbis magnus et nobilis ciuis qui est uir prudens et circumspectus pro hoc facto aduentum parat accedere clementiam cum ceteris uiris prudentibus, quicquid super his ex parte nostra uestre exposuerit benignitati, eius indubitanter fidem adhibeatis. Littere Bald. Comitis Flandrie, Hayn. et marchionis Namurtie.

VII Sanctissimo patri ac domino I. sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici Bald. comes Flandrie et Hayn. et marchio Namurtie salutem et promptum cum omni deuotione famulatum. Post obitum Henrici imperatoris nos una cum principibus imperii ad quos de iure spectat electio de eligendo rege sepius tractauimus. Post uarios tandem affectus sicut domino placuit in serenissimum dominum nostrum regem Ott. uobis et ecclesie Romane deuotissimum uota nostra celeberrime concurrerunt. Qui postmodum in sede Augustorum Aquisgrani coronationis ac consecrationis plenitudinem per manum Coloniensis archiepiscopi cui hoc iure competit cum omni qua decuit sollempnitate meruit optinere. Nos igitur dicti regis electionem quam quod iuste factam esse non dubitamus ratam habentes, feoda nostra que de imperio tenemus a manu sua recipientes facto hominio illi fidelitatem iurauimus. Sanctitati igitur uestre pater reuerende omni qua possumus affectione supplicamus quatinus rationabilem ipsius electionem, coronationem atque ac consecrationem ratam habere uolentes eam confirmare atque ipsum regem ad imperii consecrationem uocare paterna pietate dignemini, ut ad obsequium uestrum et ecclesie Romane in perpetuum amplius uinciamur et arctius obligemur. Littere A. comitis de Dasburg et Meten.

VIII Sanctissimo domino et patri I. sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici et uenerabilibus dominis uniuersis cardinalibus A. comes de Dasburg et Meten. debitam reuerentiam et paratum in omnibus obsequium. Cum fuisset rebus humanis Henricus imperator exemptus nos et alii principes dominum Ott. quondam Henrici ducis Saxonie in regem Romanorum elegimus et ipsum ea qua decuit sollempnitate per dominum Adolf. Coloniensem archiepiscopum ipsius Aquisgrani consecratum in sede regia sic a Karolo constitutum erat locauimus. Rogamus igitur sanctitatem uestram ut habita consideratione ad miserias et oppressiones quas per nouissimos imperatores Fredericum et Henricum filium eius sustinuimus electionem domini nostri regis Ott. confirmare et ad imperialem consecrationem uocare dignemini et partem aduersam a fidelitate quam duci Sueuie fecerunt absoluatis et per censuram ecclesiasticam uestre electioni consentire compellatis. Littere Coloniensis archiepiscopi.

VIIII Sanctissimo patri ac domino I. sacrosancte Romane sedis summo pontifici A. Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie minister humilis, deuotum obsequium et orationes in domino. Post obitum Henrici imperatoris nos una cum aliis principibus de substituendo rege sepius tractantes, quid sancte Romane ecclesie expediret, subditisque imperii, qualiter quoque priorum imperatorum oppressiones euitare possent, sollicite deliberauimus. Protendimus igitur animos nostros ad diuersos imperii principes, et sicut domino placuit serenissimum dominum Ottonem Henrici ducis Saxonie filium in Romanorum regem rationabiliter elegimus. Postmodum uero in Augustorum sede Aquisgrani locauimus. Et sicut debuimus ea qua decuit sollempnitate consecrauimus ac coronauimus. Ipse uero dominus rex in timore Dei et reuerentia sancte ecclesie omnia iura Romane ecclesie aliarumque ecclesiarum bona fide conseruare ac manutenere iurauit. Nobis etiam aliisque episcopis prauam illam consuetudinem aliorum imperatorum qui decedentibus episcopis et abbatibus principibus in mobilibus rebus se seque mouentibus succedebant liberaliter remisit. Paternitatem igitur uestram attente rogamus quatinus rationabile factum nostrum aliorumque principum qui de iure eligere debent attendentes, merita quoque domini nostri regis, patris ac fratris sui palatini, regis quoque Angl. auunculi sui qui a seruitio et unitate ecclesie numquam separati fuerunt considerantes, iniurias quoque ducis Sueuie patris ac fratris eius non dissimulantes, magnos et honorabiles uiros quos ipse ac principes de communi consilio ad pedes sanctitatis uestre transmittunt benigne recipiatis ac benignius remittatis. Et rationabilem ipsius electionem, consecrationem ac coronationem confirmetis et ad imperii consecrationem uocetis. Nostros quoque aduersarios et ecclesie a fidelitate duci Sueuie prestita absoluatis et nostro regi obedire ecclesiastica censura compellatis. Nos etiam pro patrimonio ecclesie Romane dimittendo ac conseruando pro ipso domino rege spondimus atque fideiubemus. Littere principum et baronum Alamannie, clericorum et laicorum.

X Sanctissimo patri ac domino I. sacrosancte Romane sedis summo pontifici principes et barones Alamannie clerici et laici debitam in Christo reuerentiam et sinceritatem obsequii. Cum

Innocentii III regestum de negotiis imperii. Gothica. Inter an. 1198—1216.

Francorum, Britonum, Pictavensium multitudine comitatus. Ubi in die Sancti Petri que dicitur ad vincula, captus fuit cum pluribus baronibus qui cum eo venerant. Et exinde Willelmus de Rupibus Andegavensis senescallus, Francorum, Britonum, Pictavensium, Andegavensium baronibus comitatus, accepta contra regem Anglie guerra, die Mercurii ante festum Omnium Sanctorum cepit civitatem Andegavensem, et eam munivit. Die autem Mercurii ante Purificationem beate Marie accessit Robertus de Turneham ad eamdem civitatem, et eam miserabiliter depredata et in parte combusta.

M.CC.III. In festo Paschali feria .II. adveniente Willelmo de Rupibus senescallo Andegavensi, [illegible] cum exercitu suo Beaufort sine conflictu ei reddita est. Denuo infra dies .XV. Philippus rex Francorum [illegible] adductus, Salmurum sue ditioni subjugavit. Inde etiam inde apud Castrum Novum convenit exercitus Pictavensis et Andegavensis, comitantibus Britannis, et inito conflictu et defendentibus se aliis, obtinere non potuerunt. Sed deinde deficiente regis Anglie auxilio et consilio, cives ejusdem castri sese pacifice concedunt. Et W. senescallus ex indignatione turrim et muros solotenus prostravit. Deinde de die in diem multiplicata est malicia in regionibus Cenomannie, Pictavie et Andegavie et Britannie, ita ut villis et castris et oppidis depredatis et combustis nulli etati aut conditioni parceretur. Ingruente ergo hinc inde seditionis procella, Rex Anglorum de suis spem bonam reportans, quibus tutelam Normannie commiserat, instante adventu Domini in Angliam transfretavit, ut tamen reparato exercitu fortior et securior rediret. Interim autem Alienora quondam Anglorum regina et regis mater apud Pictavum infata recessit. De cujus morte rex vehementissime contristatus magis timuit, et in Normanniam redire ultra quam satis distulit. Audiens igitur rex Francorum regis Anglie discessum, in Normanniam cum omni exercitu suo se ingessit, et combustis et captivatis undique oppidanis et populis ad Falesiam devenit, quam sine difficultate plurima subjugavit. Interim a Britonibus Mons Sancti Michaelis cum ipsa abbatia igne imposito devastatur. Nec mora Rothomagus et Vernuel sese ultro dederunt, et sic tota Normannia ditioni regis Francorum per seductiones manifeste succubuit. Videns itaque rex Francorum sibi prospere apud Normanniam successisse, apud Chinon exercitum congregavit, et habito inaudito conflictu vix tandem castellum de Rutech obtinuit. Et inde recedens Willelmum de Rupibus cum exercitu Pictavorum et Andegavensium et Francorum ad oppidum obsidendum reliquit, et apud Lochas sese recepit, et pace seductoria obtinuit. Cum autem videret rex Francorum quod viri memoria digni qui erant intra castrum Chynon nullo conflictu vel precio vel promissis Willelmo de Rupibus se reddere apud Chinon [illegible], et omnem exercitum suum undequaque secum adunavit. Et preparatis machinis et [illegible] et inauditis oppida de Chinon cepit impugnare. Cumque illi qui infra menia erant nequaquam per longa tempora resistere posse viderent, quicquid victualium habebant cum armis et equis igni combusserunt, et muros ultro super hostes prostraverunt, et exeuntes usque ad mortis discrimen viriliter dimica fuerunt.

Hoc anno W. de Bellomonte in crastino Sancti Mauricii consecratus est episcopus.

M.CC.IIII.

M.CC.V. ~~Cum autem videret Francorum rex quod viri memoria digni qui erant intra castrum Chinon nullo conflictu vel precio vel promissis Willelmo de Rupibus se reddere apud Chinon [illegible], et omnem exercitum suum undequaque secum adunavit~~

M.CC.VI. Venit rex Francorum apud Brachesac in die Ascensionis, et in crastino recedens castrum de Bu[illegible]schesac subverti precepit. Crastino ergo Ascensionis die Andegavum veniens cum summo honore ab episcopis, abbatibus, clero et populo suscipitur, et ibi pernoctans Nannetum expetivit. In cujus adventu cives congratulantes claves civitatis obtulerunt, et sese ejus dominio subdiderunt. Audiens igitur rex Francorum quod rex Anglorum in Normanniam transmeare disponeret, die Pentecostes a Nanneto recessit, et portus et oppida et munitiones Normannie acie militari premunivit. Porro rex Anglorum consilio et mandato vicecomitis de Toarz et quorumdam baronum Pictavensium apud Rochele innumero comitatus exercitu applicuit, et oppidum de Borc cum civitate [illegible] sibi subjugavit, et per mediam Pictaviam iter arripiens, cum ad fluvium Ligerim pervenisset, nullum navigium transmeandi invenit. Die ergo Martis qua Nativitate beate Marie processit divino fretus auxilio, quod etiam dictu mirabile, et viris inauditum temporibus veniens ad portum

Chronicae S. Albini Andegav. Gothica. An. 1206 in Gallia.



Aristotelis Physica l. 3 cum comment. S. Thomae de Aq. Gothica. An. 1253 in Anglia.



Avicennae l. IV Canonis. Gothica. An. 1258.

a. Petrus Aureolus in l. I Sent. Gothica. An. 1317.

b. Petri Lombardi ll. Sententiarum. Gothica. An. 1284.



Johannis Andreae Novella super Decretal. 'Littera Bononiensis.' An. 1353.

Uhis nō erit monēte in statuto puīficit hec dicat. Op. primo arg. q ista in stigato an cōdictio utcat extitisse nl nō sit sup fluat cum ista cōdictio sibis nō erit nō suspendat cū in est tacate. ut. l. quisquis. ff. si. q. l. ses. de legī. 1. al. si legatū tonas nclictm. a sublstituto ā b lutā in mātē nō impedit dicī legata cetere. ut. l. 1. s. e. l. hrdi. ff. plt. tr. cōdictio hec tacate in est tm nō i pdit trasmissionē mei ex pte state legatary. pendeat. ut. l. filios. s. del. 1. q. l. miles. ff. 1. s. del. y. dica. m. l. cōdictio. que ex ex tm scaus. Op. q post mortē sit i pleno. ut. l. fi. s. de cōdict. in stit. cui pōt vltio ante spū cē hīs. glo. dicat nō fiteor cui nō habet nelle nec nolle ultimo ante spū. si nō ne istud ur glo. m. l. filio. s. del. 1. q. l. miles. ff. p pte. s. del. ij. dicam. i. l. miles. ff. pro parte. q. ē. vt legat. seu

Egatorū. fitei. q. no. ca. ip. ff. si cui cta legatu repetitū bis tm tebetur. q p ipo legatario ab hīte. nl hrdi. alegatario nō caret hec dicatur istud. ff. hīs m. l. fiteor. ff. si. x. s. del. ij. Op. de. l. cui qui. s. de ff. iur. p. q. l. si un stipulatus. ticio. j. de fide ple de isto brocā to dic. m. l. si finita i prin. j. de aip. m fec. p dv. ibi dixi. q p q. m. l. 1. oppōit. c. de sen. q p eo q mē est. p ferte. Op. de. l. uelut. s. c. lo ubi hec tco. qi ex tali repetitōe quis nō grauā retur. q nō utcūq; sem el. tm hic intelligīt qd nō quoc oppōitū fuit. nl ubi dicat bartolus.

Si quis sub cōdictōne si una actio i loco alterius succedit eius nāz assūt. Si decē que i arcta po loquit. q ñ. ppnctas quisquis legata fuit pure. so q to sub dict. j. tex. pa di mditur. m tres q̄ones po. dicat. quod pōt petī quilz ipo uer. so i q̄tū. ob exceptō. de equita te. m. quod unc q ñ legatarius. ppetatey posli tet. ff. ubi. si cui. e. inf. ubi plē. si. x. stem sia ps principalis diuidit. monas. po quod uer. fit am tōne petēte so quod pnr. fit exīte odōe sia ubi. ff. si obmisit dicat. q ista legatarius dz totū petē. ymo utcat. q q̄q tm. nia cui reliqtur usufr. pecūe ipa ppetas usu fructy ano debet. ut. s. de usufr. cay rey. que usu cō sū. p totū si tmisit. ppnctas ergo sequit. qd

Si rofiteat queo an sūa. nuda cautō hī ca uere fiscus dico q nō. l. q scaus sit m alia re publi ca re publica ut i cautate que nuda cautōne t hīt. pmittē. ut. j. e. si q̄n. q ubi nō. alicui hēdita

Cui mmoriā. p ea pte p qua. dimmutur ipo uni ul' in effectū si est culpa sua. p ea libatur ab ob. que ex hac stip. descendit hec dicat bar.

Op. cautat q hēditie nō pōt ex honeratu ut. l. cui hēditas. m fi. s. ad treb. sō. spale est. i hac cautā. q assūit sibi unes act. ex testō. ut. s. e. l. ff. si quis sub condict. Si ei qui cōmuna. q ē. bartolus.

Las queo que sit duā mtē ōias q

Et et ip duciae dic ut glo. extra glo. q to dicat. q ipis qui sunt i pōtate cauend est. Queo quo ipi suo potest cauere. ut se uo acquuntur. possum' dicere. pualuit. q ipi suo cauerit. q sibi acquat actio ex hac stip. q hīt utraq; actōe ex testō al' scaus ut. l. si filius. j. de ū. ob. q. l. p. j. de stip. ff. ul' aliā. q pualit cauē tur dño p suo. q ipi suo l eiectus ōcōnis acqui tur suo q est mirabile. ar. l. p hoc. l. si filius fā ff. dominus. e. del. 1. dī hic hyis de ploms q ē. q sic. nō fiteuss. tetēt ēt apud. ut tes q. Queo q cui pudicia. dico q qñ examinat fiteuissores t an sint yronei. ul' nō. ad tmi' petit. ut. l. ab. tro s. qui satisdi. co. ille cui dz dari. tūc uteturq; q tūc cogitur illius accipe pēa. ut ar. l. 1. ff. cui dic s. si cui pluisquia. p. l. fal. ul' aliā pē. debi. mē ēt p se q nōie filij. bar.

Et si forte pat sit cōuicta pona ei sol um nō pōt. dixi. m. l. iij. s. lo. ma. bartol.

Ostēdī hec ista est tota. nō. l. ad istud ꝑ apius est multū nō. q hoc dicat. si cōdic tio stipulationis. existat tpe. quo nō est pona. pnapal. ucie. ul' unt' p tatiē stip. nō committit q fiteuss nō teneatur. hoc dicat in tex. ibi ne mo ues. i. hīditas q pona repīntet. Op. de l. stiam. aut ipa cē. ff. pu. j. de sol. l. sine hīc. in pu. de admi. tu. l. hactenus. s. de obligā. pe. sō. ubi loquitur i ob. q̄ ōcta. pfēc. que pōt dirē te extīcta p hic uero in oblōne ostrahenda. bar.

Si ff hec op. j. e. l. si ate. so. ubi. nō erat p uere si erat. hīditas. que pm. repīntat. q hēc glo. in l. i. ff. item pap. s. de pe. que glo. declarat. istud pu. dixi. m. l. fiteuissor obligat. ff. si. j. de fideī.

Queo dixi donec est hīditas pōt obligū.

Queo quid si ās est depositarius. et bona t



Franc. Petrarcae de sui ipsius et multorum ignorantia. Fere Humanistica.
An. 1370 ipsius manu.



Hermanni Galagaen Collectorium Rationalis div. offic. Guil. Durandi
Gothica - Humanistica. An. 1400.

ipe presens summus Pontifes ut dissolutionem Concilij per eum tunc attemptatam revocaret
infra sexaginta dies. Alioquin extunc prout ex nunc esset suspensus ab omni admi-
nistratione papali postquam hec omnia precesserant ipe dns Eugenius adhesit huic sa-
cro Concilio dicens ipm legitime ab initio sui fuisse continuatum non obstante pre-
missa dissolutione quam expresse declaravit nullam irritam et inanem. Exinde ora-
tores sui ad presidendum in Concilio deputati iuraverunt expresse suis nominibus decreta
Concilij Constancien super auctoritate generalium Concilior. edita atque insuper decreta
Concilij Basilien manutenere et defendere. Quis post tanta tamque solida universalis ecclie te-
stimonia ambigere aut indubium revocare potest si prefata suspensio per hanc sanctam Syno-
dum decerni et declarari potuerit et debuerit quod non solum clarissime conspicitur verum
etiam illud irrefragabile est qd postquam suspensionem ipam dns Eugenius sustinuerat per du-
os menses animo indurato ad eius depositionem procedere incumbebat Synodali Iudicio.
Sed quantam in ea re mansuetudinem observaverit sancta Synodus quam benigne suppli-
cationibus vrorum serenissimorum principum condescenderit vos venerabiles Oratores pro deo
attendite iam eandem suspensionem sumus Pontifex per annum integrum sustinuit animo
indurato. Et ecce depositionem eius distulimus usque ad hoc tempus processusque adversus
eum inchoatos tardiori gressu deduci et continuari fecimus expectantes si forsan ad preces
vrorum principum aut aliunde quomodolibet excitatus reverteretur ad cor et ad ea que sunt
salutis unionis pacis et boni regiminis ecclie in spiritualibus et temporalibus efficaciter con-
verteretur si tandem ecclam moventem et corripientem audiret ne ipm oporteret haberi iuxta
verbum xpi sicut ethnicum et publicanum. Quantas vero interim persecutiones adversus
hanc sanctam Synodum pro salute ipius laborantem excitaverit considerate quantum in se
erat licet tamen nulliter et de facto omnia supposita ipius sancte Synodi excoicare priva-
re inhabilitare conatus est nisi sue pretense dissolutioni parerent interdictum in Civitate
Basilien servandum statuit nisi Cives Basilien Concilium ipm a Civitate sua eicerent
victualia ad nos differri prohibuit et portantes eadem spoliari concessit atque ipor. spolia
cedere occupantibus. Insuper quoque per litteras suas more Roman Curie bullatas manda-
vit ut in ipa supposita Concilij fieret persecutio tamquam in hostes fidei xpiane appellas
hanc sanctam Synodum perfidam iniquorum Synagogam. Postque venerabilis Eps Visen
et dilecti ecclie filij Ludovicus de Urbe sedis aplice prothonotarius Dionisius de Sabeurays
sacre theologie professor et Stephanus plouerij decretorum doctor Oratores nri realiter capti
fuerunt sumpta occasione per captivantes uti accepimus ex mandato eiusdem dni Eugenij

Acta Concilii Basiliensis. Humanistica - Cursiva. C. an. 1445.

se iubere. tanto ad sensu auditum est decretum. Adeo dimissū scipionem leti homines uiderūt. ut uix in eadem ciuitate uideretur. factum iudicium in bona deinde. L. scipionis possessum publicę questores. p. r. misit neq; in his non m̄ uestigium ullum comparuit pecunię regię sed nequaq̄ tantū redactum est quante sūmę dāpnatus fuerat. collata ea pecunia ab cognatis amicis. & clientibꝫ est. L. scipione ut acciperet eam locupletior aliquanto q̄ ante calamitatem fuerat. nihil accepit quę necessaria ad cultum erant redēpta ei aproximis cognatis sunt. uetera atq; scipionum inuidia in p̄torem & consiliū eius & accusatorem.

T ITI LIVII PATAVINI HISTORIOGRAPHI AB VRBE CONDITA DE BELLO MACEDONICO LIBER VIII⁹ EXPLICIT INCIPIT VIIII⁹ FELICITER

DVM HEC ROME AGVNTVR CONSVLES ambo. in liguribus regebant bellum. is hostis uelut natus ad continendam p inter ualla bellorꝫ romanis militarem disciplinam erat. nec alia p̄uincia militem magis ad uirtutem acuebat. Nam asia & amenitate urbium & copia terrestrium maritimasq; rerū & molliti a hostium regiisq; opibus ditiores q̄ fortiores exercitus faciebat. p̄cipue sub imp̄ium cn̄. manlii solute ac neglegenter habiti sunt. itaq; asperius paulo iter in threcia & exercitatior hostis magna clade eos castigauit in liguribus omīa erant quę militem excitarent. loca montana & aspera quę & ipsis capere labor erat & ex p̄ occupatis deicere hostem & infra ardua accepta infesta ab insidiis hostis. leuis & uelox & repentinus qui nullum usq̄ tempus nullum locum quietum aut securum esse sineret oppugnatione cessaria munitorꝫ castellorꝫ laboriosa simul piculosa q; insidiis. regio q; si parsimoniam adstringeret militis p̄de. haud multum

Livius. Humanistica. An. 1453.



16

Ad reuerendissimū ī xpō
prem et dnm. dnm petrū
Tituli Sancti Marci pbrz
Cardinalem dignissim her
molai dei paciencia epi
veronensis oratio contra
poetas Incipit

His superioribus
diebus reueren
dissime pater cū
inter nonnullos religio
sos familiares nros eru
ditos quidē uiros orta
esset contentio quedam
honestissima sane ac dig
na ut vniuscuiusqz gra
uissimi uiri aures adhi
berentur. Que fuit vtrū
a xpiano et religioso viro
poete potissimū essent p
legendi. multaqz ex vtraqz
parte inducerentur. tum
nonnulle quoqz fuerint
corā me tanto studio ac
diligencia oraciones habite.
ut nō cotenendā esse ca
causā existimarim. Verū
cū tandem michi placuisset
ea sma ut ad ingenij
eruditacz. aiōz doctrinaz
nō ad voluptatē aut ad
lasciuiā legeretur iuxta
canonicas sanctiones
emersit demū frater quidā
ex his vicinis nre custodie
paludibus qui etsi in ea
quā profitetur sacra doctiss
imus a suis haberetur.
nescio tamē quo spū af
flatus tantas in vna epla
ad me perscribendi epistola
poetice discipline laudes
congessit. ut nō solū poe
tas ab ingenij magnitu
dine admiracōe dignos
iudicaret, sz adeo eos prose
queret. ut cū ipa pene
diuinitate mutua quadā
quasi sanguinis coione co
niungere videretur. Cuius
ineptijs cū aruisisse pino
tū etiā ne existimaret
me ob taciturnitatē meā
ipsius opiniōe cōprobasse.
quā stultā et inanē sēp
fuisse iudicaui duabus
oronibus meis decreui ad
uersus tantā insurgere o
borta in verā religionē
iniuriā. aut potius ingra
titudinē. Et presertim
cū ea a nre religionis pre
cone cōfirmaretur. Quaz
altera studeo declarare nul
lam vnqz fuisse etatē in
qua semp non fuerint
abiecti poete. nec vnquā

Hermolai Barbaro oratio contra poetas. An. 1461 in Gallia.



Lucani de bello civili. Humanistica. Manu Pomponii Laeti † 1497.

1. Vatic. 3256 et Berolin. fol. 416, olim monasterii S. Dionysii prope Parisios, antiquissimi cuiusdam codicis Vergiliani fragmenta, quorum folia quattuor olim Claudii Puteani (Dupuy) a Fulvio Orsini an. 1600 bybliothecae Vaticanae (v. P. DE NOLHAC, La Bibliothèque de Fulvio Orsini. Paris, 1887, p. 85 ss.), tria vero e bybliotheca Van Limborgensi Hagae Comitum constituta a G. H. PERTZ bybliothecae regiae Berolinensi adiuncta sunt (PERTZ in Abhandl. der Berliner Akad. der Wiss. (1863), 97 ss.; L. DELISLE, Cabinet des mss. I (1868), 262; E. HOFFMANN in Zeitschr. für die oesterreich. Gymn. XVI (1865), 129 ss.) De tertia quadam particula, nunc penitus deperdita (nisi forte lateat in bybliotheca Rosamboensi, v. DELISLE, Cabinet des mss. II, 8, 294), quam Mabillonius in bybliotheca Pithoei (Pithou) et Pelleterii (Le Pelletier de Rosambo) viderat, cf. MABILLON, De re diplomatica, ed. 1709, p. 637; ed. 1789, p. 657; MABILLON-RUINART, Nouv. traité de diplom. III (1757), 41, tab. 34. — Est unus e quattuor, qui supersunt codicibus (v. TRAUBE, Vorles. u. Abh. I, 161 ss. et A. S. HUNT, The Oxyrhynchus Papyri. London, VIII (1911), 158, n. 1098, tab. 6.) qui scriptura capitali quadrata sive monumentali exarati esse dicuntur; at exhibet scripturae actuariae, quae ad uncialem vergit, plures litteras quam Vergilius S. Galli (v. A. HUEBNER, Exempla scripturae epigraphicae latinae. Berolini, 1885, p. XXIII ss., LIII ss.). — Scripturam si accurate cum exemplis scripturae epigraphicae contuleris (v. HUEBNER l. c. p. LIII ss.), haud recentiorem saeculo IV dices, maxime cum a quibusdam saeculo II vel III tribuatur. 427 × 328 mm; ff. 7. — Vergilius Augusteus sive Dionysianus (A, v. ed. O. RIBBECK, Proleg. crit. p. 227 ss. 265 ss.), videlicet fragmenta Georgicorum: Vat. 1: I. 41—80; Berol. 1: I. 81—120; Vat. 2: I. 121—160; Vat. 3: I. 161—200; Berol. 2: I. 201—240; Vatic. 4: I. 241—280; Berol. 3: III. 181—220. — Quam exhibemus folii Vatic. 2^v particula continet Georg. I. 141—151. Alia eiusdem codicis exempla habes in ZANGEMEISTER-WATTENBACH, tab. 14 (Berol. f. 1^v); ARNDT-TANGL, tab. 3 (Berol. f. 1^r); CHATELAIN, Paléogr. des class. lat. I, tab. 61 (Vat. 1^v); Archivio pal. ital. II, tab. 11 (Vat. f. 3^r); IHM, tab. 1 (Berol. f. 1^v).

2a. Vatic. 3225, olim Ioviani Pontani, Petri et Torquati Bembi, Fulvii Orsini, (v. quae praefatus sum in Codices e Vaticanis selecti I: Fragmenta et picturae Vergiliana codicis Vatic. 3225 phototypice expressa. Romae, 1899, et P. DE NOLHAC, Le Virgile du Vatican et ses peintures in Notices et extraits des mss. XXXV. 2^e p. (1897), 673—791. — Exaratus est littera capitali rustica minore (v. [F. EHRLE] Picturae, ornamenta, complura scripturae specimina codicis Vatic. 3867. Romae, 1902, p. I ss. in Codd. e Vatic. selecti vol. II) vix post saeculum IV, ut picturarum, quibus ornatus est, indoles indicare videtur, v. [F. EHRLE] Fragmenta et picturae Vergiliana cit. p. 7 s., 26 s. 222×194 mm.; ff. 75. Vergilius Vaticanus sive Schedae Vaticanae (F. ed. O. RIBBECK, Proleg. crit. p. 218 ss.) revera fragmenta Vergiliana (ll. III et IV Georg. et ll. I—XI Aen.), nimirum quinta sextave pars codicis integri, quinquaginta imaginibus insignis. Quam exhibemus folii 62 particula continet Aen. VII, 243—254. Alia specimina habes in ZANGEMEISTER-WATTENBACH, tab. 13 (f. 64: Aen. VII, 302—322); Palaeogr. Society tab. 116. 117 (ff. 41^v. 45^v: Aen. IV, 668—688; VI, 45—50); CHATELAIN, Pal. des class. lat. I, tab. 63 (ff. 32^v, 33: Aen. IV, 22—55); codicem integrum phototypice expressum habes in [F. EHRLE] Fragm. et picturae Vergiliana l. c.

471.7
9 E33 S

2 b. Vatic. 3225, f. 76 et Laurentianus XXXIX. 1, olim, ut R. BEER (Anzeiger der philos.-hist. Kl. der Wiener Akad. 1911, n. XI, p. 12) placet, fortasse cum reliquis antiquissimis codicibus Bobiensibus Cassiodori et sui monasterii Vivariensis, postea (post an. 614) certe monasterii Bobiensis (v. DELISLE, Mémoire sur d'anciens sacramentaires. Paris, 1886, p. 277 in Mémoires de l'Académie des Inscriptions XXXII. 1), Pomponii Laeti, monasterii s. Pauli extra muros c. 1470 (?), bibliothecae Vaticanae (?) 1500—1507 (v. R. SABBADINI, in Rheinisches Museum LXV (1910), 475—480), Angeli Colotii (Colocci † 1549), card. Ant. del Monte † 1533, card. Ioan. del Monte (Iulii III † 1555), card. Innoc. del Monte † 1577, a quo eum card. Rodulfus Pius Carpensis † 1564 mutuatus est (v. P. DE NOLHAC, La Bibl. de F. Orsini p. 272 s.), demum Francisci I Magni Ducis Etruriae 1574—87 (v. [F. EHRLE] Fragm. et picturae Vergiliana l. c. p. 18 ss. nota). — Codex exaratus littera capitali rustica minore, certe ante an. 494, ut docet subscriptio Turcii Rufii Aproniani (v. p. 13 codicis Laurent.), imo fortasse iam saeculo IV, cum scripturae conformatione proxime ad Vergilium Vaticanum accedat. 193 × 133 mm. pp. 440. — Vergilius Mediceus (Colotianus sive Carpensis) ed. O. RIBBECK, Proleg. crit. p. 219 ss (M), ed. P. F. FOGGINI, Florentiae, 1741. Continet libb. Bucol. Georg. Aen. fere integros. — In folii 76 codicis Vatic. (p. 310** cod. Laurent.) particula, quam exhibemus, habes Aen. VIII, 615—628. — Alia huius codicis exempla habes in ZANGEMEISTER-WATTENBACH, tab. 10 (f. 6^{v} sive p. 10: Eclog. IX, 42 ss); Palaeogr. Society, II. tab. 86 (f. 13 cum subscriptione Aproniani); CHATELAIN, Pal. des class. lat. I, tab. 66 (f. 110^{v}: Aen. V, 668—696); STEFFENS, Lat. Pal. tab. 14 (f. 76 codicis Vatic.: VIII, 614—42); MONACI, Arch. pal. ital. I, tab. 98 (f. 76, codicis Vatic.) Ihm

2 c. Vatic. 3226, olim Iohan. Ant. (Porcellio) Pandone, deinde Bernardi (1457, † 1470). card. Petri († 1547), Torquati Bembi († 1595), demum Fulvii Orsini (1579, † 1600), v. P. DE NOLHAC, Bibl. de F. Orsini, p. 94 ss. 237 ss.; E. HAULER in Wiener Studien XI (1889), 268 ss.; [F. EHRLE] Fragmenta et pict. Vergiliana, p. 14 ss. — Codex, exaratus scriptura capitali rustica minore, saeculo V vel fortasse IV tribuendus est ob scripturae eius similitudinem cum Vergilio Mediceo et Vaticano. Praeterea attente examinanda est scriptura semicursiva scholiorum, quae potius saeculo VII quam VI tribuenda videtur. Quae enim de hac scriptura accuratius indicanda monueram ([F. EHRLE] Frontonis aliorumque reliquiae, quae cod. Vatic. 5750 rescripto continentur, Mediolani, 1906, p. 21, nota 19; p. 24 in Codices e Vatic. selecti vol. VII) id LOEW et LIEBAERT vv. cc. egregie praestiterunt, ut videbis in LOEW-LIEBAERT, Scriptura latina minuscula antiquior. Scholia primus legit et edidit UMPFENBACH in Hermes II (1867), 337—402; nonnihil retractaverunt STUDEMUND in FLECKEISEN, Jahrbücher XCVII (1868), 546 ss. et E. HAULER l. c. p. 269. — 190 × 160 mm., ff. 116. — Codex est ille Terentius Bembinus (A) ed. F. UMPFENBACH p. IV; cf. E. HAULER in Wiener Studien XII (1890), 240 ss.; K. DZIATZKO in Rheinisches Museum XLVI (1891), 47 ss.; XLVII (1892), 635 ss.; K. KAUER in Wiener Studien XX (1898), 252 ss. — Quod exhibemus fol. 107^{v} continet Adelphoe III 4, 39—51 et Scholia in Hermes l. c. pp. 390. 391. — Habes alia exempla in ZANGEMEISTER-WATTENBACH, tab. 8. 9 (f. 54. 69^{v} cum scholiis); Palaeogr. Society, tab. 135 (f. 113^{v} cum scholiis: Adelphoe V$_{A}$ I, 1—13 (763—775); CHATELAIN, Paléogr. des class. lat. I, tab. 6 (ff. 57^{v} 58^{r}). ¶ *Terentius:* 39 B Pudet nec quid agam nec quid huic respondeam | Scio. Z Miseram me, differor (discrucior) doloribus. | Iuno Lucina, per (fer) opem, serua me obsecro. Γ Hem. | Num nam illa quaeso parturit? Δ Certe Hegio. Γ Hem. || Illaec fidem nunc uostram inplarat Demea, | quod uos uis (necessitas legum) cogit, id uoluntate impetret. | 45. Haec primum ut fiant, deos quaeso ut uobis decet. | Sin aliter animus uester est, ego Demea, | Summa ui defendam hanc atque illum mortuum. | *Scholia, ad sinistram:* abduc duc quantum p^{o} .— [ueri]tatis conscientia se | . . . senem robur possidet | . . . s]eueritatis inclinat nes|[ciens de]fensionis argumenta | . . . uirere uera non possunt | . . . ta purgari. — || 45 [ali]ter conposuit metri causa | [quam] dicendi ordo deposcit. | [Nam i]ta conponi oportet: 'primum | [deos q]uaero ut fiant haec uobis | [ut de]cet' ut 'uobis sit a uobis' | ['uobis a]utem decet' non est la|[tin]um quippe cum alibi dix|[erit 'd]ecet te facere'. 'Ut' | [non ex]pletiua particula est | [sed u]erius aduerbium est | [simili]tudinis id est 'que(m)admo|[dum] decet'. Talem illut apud Vergilium | ['ut te] fortissime Teucrum ac[cipio]. *Ad dextram:* 40 O quanta signa ueritati succur|runt! Hoc est quod Egio dixerat | 'ipsa uirgo, res ipsa'. | Vox parientis adulis|centem reum | violato pudore | designat. — Partus non | potest fingi ad. patrem | reum facit ipsa | progenies. *In margine inferiore:* 41 Ideo eandem Triuiam volunt quam Dianam Luciferam Iunonemque Lucinam. Ter enim inuo|catur. Nam tria sunt commata, quibus

parturiens numina inuitat. Commata autem di|cuntur abscisa, qualia sunt apud Vergilium: 'hunccine te Euriale aspicio tu ille senectae sera | meae requies'. — 47 Uidetur hic senex Areopagitarum sustinere censuram, quos legimus apud Grecos | st·. . ae seueritatis fuisse in iudiciis, qui Oresten matricidii crimine damnauissent | nisi Minerue arbitrio vincirentur.

3a. Vatic. 3867, olim monasterii s. Dionysii prope Parisios (v. ff. 4 et 309^{v}), e quo iam saeculo XV dilapsus (v. DELISLE, Cabinet des mss. I, 203, nota 4), certo inde ab an. 1475 in bybliotheca Vaticana adservatus est (v. [F. EHRLE] Picturae, ornamenta, complura scripturae specimina codicis Vatic. 3867. Romae, 1902, p. IV ss. in Codd. e Vatic. selecti vol. II). — Codex littera capitali rustica, maiore (v. [F. EHRLE] l. c. p. II) exaratus, a quibusdam tribuitur saeculo V, cum eius, imo et superioris temporis scripturam actuariam exhibeat (v. HUEBNER, Exempla script. epigr. lat. p. LIII, LXXXII), ab aliis vero saeculo VI, cum bis nomen sacrum contractum exhibeat (v. TRAUBE, Strena Helbigiana. Leipzig, 1900, p. 310 ss. et etiam attentius eiusdem Nomina sacra in Quellen u. Untersuchungen. II (1907), p. 15 nota 1, 148; [F. EHRLE] l. c. p. III). Haud raro extremae versuum litterae compendiis indicantur. 333 × 332 mm., ff. 309. — Vergilii codex, qui Romanus audit (R, v. ed. O. RIBBECK, Proleg. crit. p. 226). — Folii 189^{v} particula, quam exhibemus, Aen. VIII, 19—24 continet. Ceterum cf. P. DE NOLHAC in Mélanges d'arch. et d'hist. IV (1884), 316 ss.; L. TRAUBE, Vorles. u. Abh. I, 167; [F. EHRLE] l. c. p. III s., XVI. Alias imagines habes in ZANGEMEISTER-WATTENBACH, tab. 11 (f. 16^{v}: Ecl. VI, 62—79); Palaeogr. Society, tab. 113 (f. 103: Aen. II, 37—54); CHATELAIN, Paléogr. des class. lat. I, tab. 65 (f. 85: Aen. I, 253—270); Archivio paleogr. ital. II, tab. 12 (f. 68^{v}: Aen. I, 19—37); STEFFENS, tab. 16 (f. 4: Ecl. II, 5—22).

3b. Palat. 1631, olim fortasse bybliothecae Laureshamensis (Lorsch), certe Palatinae Heidelbergensis, cum qua an. 1623 Romam translatus est. Eiusdem est scripturae et temporis, cuius codex Vergilii Romanus; verum absunt fere omnino, etiam in postremis versuum syllabis, scribendi compendia. Praeterea litterarum conformatio nonnihil elegantior est quam in Romano. 308 × 236 mm., ff. 572, quibus tamen 33 folia chartacea vacua interiecta sunt. — Vergilii codex Palatinus (P, v. ed. O. RIBBECK, Proleg. crit. p. 225). — Folii 20^{v} pars quam exhibemus continet Ecl. VI, 58—65. Alia huius scripturae specimina habes in ZANGEMEISTER-WATTENBACH, tab. 12 (f. 561^{v}: Aen. XII, 762—784); Palaeogr. Society, tab. 115 (f. 553^{v}: Aen. XII, 576—598); CHATELAIN, Paléogr. des class. lat. I, tab. 64 (f. 50: Georg. I, 277—299).

4. Vatic. 5757, olim monasterii Bobiensis, inde cum compluribus aliis an. 1618 bybliothecae Vaticanae adiunctus (v. A. PEYRON, M. Tulli Ciceronis orationum fragmenta inedita. Stuttgardiae, 1824, p. XXV ss.; TH. GOTTLIEB in Centralblatt f. Bibliothekswesen IV (1887), 451; O. SEEBASS l. c. XIII (1896), 5; [F. EHRLE] Frontonis aliorumque reliquiae, p. 6), rescriptus, ut videtur, Bobii, saeculo VII exeunte vel ineunte VIII ita ut libro Ciceronis de republica litteris uncialibus elegantissimis et praegrandibus (cf. Lucanum Vindobonensem apud CHATELAIN, Paléogr. des class. lat. tab. 163) fortasse saeculo IV exarato superponeretur enarratio S. Augustini in Psalmos litteris iisdem sed multo humilioribus. — 278 × 242 mm., pp. 302, Insignem laudis titulum acquisivit cardinalis Mai cum an. 1819 librum Ciceronis plane deperditum ex hoc codice traxit in lucem. — Pars fol. 222, quam exhibemus, continet Ciceronis de republica I, 22, 36, S. Augustini in Ps. 136, 6. 7 (MIGNE PP. LL. XXXVII, 1764, 1765). Cf. G. N. DU RIEU, Schedae Vaticanae. Lugduni Batav., 1860; A. W. VAN BUREN, The palimpsest of Cicero's De republica in Supplement papers of the American School in Rome. New-York, 1908, pp. 84—262. Alia specimina habes in ZANGEMEISTER-WATTENBACH tab. 17: pag. 6; Palaeogr. Society tab. 160, p. 122; CHATELAIN, Paléogr. des class. lat. tab. 39: p. 122. ¶ *Cicero:* ea quae mihi | videntur an|teferre illis || audeo quam | ob rem peto | a uobis ut me | sic audiatis | neque ut om||nino expertem graeca|rum rerum | neque ut eas nos|tris in hoc prae|[sertim gene|re anteponen]tem set ut unum | e togatis patris | diligentia non || inliberaliter | institutum | studioque dis|cendi a pue|ritia incen||sum usu ta|men et domes|ticis praecep|tis multo ma|gis eruditum [quam litteris]. *S. Augustinus:* Qui vero, ut aperte dixerim] et breuiter, multum mali sunt, in medio Babylonis sunt et ligna sunt ste|rilia, tamquam salices Babylonis. Quando illos uidemus et tam steriles in|uenimus, ut difficile nobis appareat in eis aliquid unde possint

duci ad fidem || rectam uel ad bona opera uel ad spem futuri saeculi uel ad concupiscentiam | liberationis a captiuitate mortalitatis. Scribturas nouimus, quas eis dica|mus, sed quia nullum fructum in eis inuenimus, unde incipiamus, auer|timus ab ipsis faciem et dicimus: Adhuc isti non sapiunt, non capiunt, quic|quid illis dixerimus, sinistrum et aduersum habebunt.

5a. Vatic. 5750 et Ambrosianus E. 147. sup. cum tertia quadam parte, quae aut periit aut adhuc latet, unum olim constituebant monasterii Bobiensis codicem (v. PEYRON l. c., GOTTLIEB l. c. p. 451, SEEBASS l. c. pp. 5. 65). Complurium codicum antiquissimorum folia saeculo VII exeunte vel ineunte VIII rescripta sunt, ut in eis describerentur litteris semiuncialibus acta concilii Chalcedonensis. Inter fragmenta hac ratione deleta et industria cardinalis Mai resuscitata eminent elegantia scripturae Scholia Bobiensia, quae dicuntur, ad aliquot Ciceronis orationes. Partem codicis Vaticanam totam habes phototypice expressam in [F. EHRLE] Frontonis aliorumque reliquiae l. c. Scholia exarata sunt litteris uncialibus, quae a plerisque saeculo V tribuuntur (v. Scholia in Ciceronis orationes Bobiensia ed. P. HILDEBRANDT. Leipzig, 1907, pp. V ss., XVIII; P. HILDEBRANDT, De scholiis Ciceronis Bobiensibus. Dissertatio inauguralis Gottingensis. Berlin, 1894; [F. EHRLE] l. c. p. 11 ss., 22 ss.). Pars Vaticana habet 285 × 232 mm., pp. 285. Paginae 261 particula, quam exhibemus, continet Scholia in orationem pro Flacco n. 81 (ed. HILDEBRANDT p. 52) et concilii Chalcedonensis actionem I (ed. LABBE-MANSI VI, 790). Alia codicis specimina habes in Palaeogr. Society tab. 112 (cod. Ambros. p. 170 in pro Plancio) et in ed. HILDEBRANDT tab. 1 (cod. Vatic. p. 333 in pro Milone ed. cit. p. 63, tab. 2 (cod. Ambros. p. 117 in pro Archia ed. cit. p. 164). ¶ *Scholia:* Et subsignandi] haec solebat causa ⟨esse ut⟩ aut | qui vectigalia redi|meret aut qui pro man|cipe vectigalium fidem || suam interponeret, loco pigneris praedia | sua rei p(ublicae) obligarent, | quoad omnem pecu|niam redemtores vec||tigalium repensarent. [— Cicero dicit infantissimos oratores et nulla eloquentia praeditos dignitate volens significare, quos nec pecunia corruptos ab aliquo suspicari quisquam debe]at, quorum ingenium | despici magis quam | timeri oporteret. — | 'Et eum tu accusas ava||ritie, quem dicens ses|tertium viciens volu|isse prodere'? Cum sto|machi asperitate pros|cidit Laelium, qui tam || nullius eloquentiae [sit. . . *Conc. Chalcedon.:* requisitus a sanctissimis] episcopis professus sum, quia haec et ego prae|sens audiui quae et ipse professus est. Sed et | nunc hoc commemoratorio relicto, quid teni|bat praedictus uir cognoui omnes alios ser||mones, tantum de consubstantiali non agno|ui. Sed tunc eodem presbytero interrogante archi|mandrita ac dicente: Quia confiteris dominum | consubstantialem patri [[consubstantialem | patri]] secundum diuinitatem et consubstan|

5b. Vatic. 10696, qui codex constat uno folio et dimidio in septem concisis partes, quae lapillos parumve terrae e sacris Palaestinae locis a peregrinantibus collecta involvebant atque in sacello s. Laurentii (Sancta Sanctorum) palatii Lateranensis adservabantur (v. M. VATTASSO, Frammenti d'un Livio del V secolo recentemente scoperto. Roma, 1906 in Studi e testi n. 18; H. GRISAR, Il Sancta Sanctorum ed il suo tesoro sacro. Roma, 1907, p. 186; P. LAUER, Le trésor du Sancta Sanctorum. Paris, 1906, p. 124 in Fondation E. PIOT vol. XV). Conscripta sunt folia litteris uncialibus, haud dissimilibus illis Livii Corbeiensis sive Puteani (Paris, B. N. 7530, v. eius specimina in ZANGEMEISTER-WATTENBACH tab. 19; CHATELAIN, Paléogr. des class. lat. tab. 116), quae saeculo V tribui solent. — 339 × 292 mm. Continet Titi Livii lib. XXXIV, 36—39. Integrum fragmentum habes phototypice expressum apud VATTASSO l. c. — Folii 2^{v} particula, quam exhibemus, praebet lib. XXXIV, 39. ¶ Succendi enim aedificia proxima muro iussit. Quae cum momento temporis arsissent, ut adiuvantibus ignem, qui alias ad extinguendum opem ferre solent, ruere in Romanos tecta, nec tegulorum modo frag]menta, sed etiam am|busta tigna ad armatos | peruenire et flamma | late fundi fumus terro||rem etiam maiorem quam | periculum faceret. Itaque et qui extra urbem | erant Romanorum tum | maxime impetus facient||es, recessere a muro et | qui iam intrauerant, | ne incendio ab tergo ori|ente intercluderentur [ab suis, receperunt sese.

5c. Vercellensis (bybl. capitularis) I, celeberrimus ille evangeliorum codex, qui S. Eusebii episcopi Vercellensis † 371, dicitur et cum iam a saeculo IX eius manu exaratus putaretur (v. ZANGEMEISTER-WATTENBACH p. 5), saeculo IV adscribebatur. Litterarum uncialium, quibus conscriptus est, conformatio secundum usum, qui viget, aestimandi huius scripturae aectatem, codicem potius saeculo V tribuendum suaderet (v. C. R. GREGORY, Proleg. in Nov. Test. graece ed. C. TISCHENDORF. Lipsiae, p. 592; WORDSWORTH-WHITE, Nov. Test latine. Oxonii, I (1889), p. XXXI). Continet codex unam ex priscis versionibus latinis, quam Italiae septentrionalis dicunt. Edidit eam ceteris

accuratius I. A. Irico, Evangeliorum codex S. Eusebii. Mediolani, 1748; deinde I. Bianchini, Evangeliarium quadruplex. Romae, 1749; Migne, PP. LL. X; I. Belsheim, Codex Vercellensis. Christianiae, 1894. — Exhibemus particulam p. 47 (ed. Irico c. 94): Matth. X, 20—22. — Aliud codicis specimen habes in Zangemeister-Wattenbach tab. 20. ¶ 20. Non enim uos estis qui loquimini, sed spiritus Patris uestri] qui loquitur in uobis. 21 Tradet autem frater fratrem in mortem et pater filium et insurgent fili in parentes et morte eos adficient et eritis odio omnibus gentibus [propter nomen meum.

5 d. Vatic. 10959, olim monasterii Bobiensis, bybliothecae Taurinensis (F. IV. 27). Continet folium unum duarum paginarum e codice Taurinensi F. IV. 27 iam ineunte saeculo XIX avulsum, Romae ab Hartwell Grissell c. an. 1902 emptum et bybliothecae Vaticanae testamento legatum. Fragmentum epistolarum S. Cypriani Taurinense cum nostro folio (ff. 24) pertinet ad codicem, cuius alia pars octo foliorum in codice Ambrosiano D. 519. inf. adservatur (v. C. H. Turner in Journal of theological Studies III (1902), 576—584; S. Cypriani opp. ed. Hartel, III, 3, p. XXVII). Litteris uncialibus, quae a paucis saeculo IV, a plerisque V, ab aliquibus VI tribuuntur, exaratus est, quamvis non parum ab elegantia earum recedant, quarum specimen inprimis in tab. 5a exhibuimus. Ad nostram scripturam accedit proxime illa commentationum S. Cypriani codicis Bobiensis (Taurin. G. V. 37) et Floriacensis (Aurelian. 169), quorum specimina habes in Cipolla, Codici Bobbiesi tab. 12 et in Chatelain, Scriptura uncialis tab. 5. Haud procul distat scriptura evangeliorum et Livii Corbeiensium (Paris. B. N. 17225 et 5730; cf. Chatelain l. c. tab. 2; Old lat. biblical texts V (1907), tab. 1. 2; Chatelain, Paléogr. des class. lat. tab. 116) et evangeliorum Bobiensium (cod. k, Taurin. G. VII. 15; v. Old latin biblical texts II (1886), tab. 1; Cipolla l. c. tab. 14. 15), quamvis haec habeat complures litteras singulari ratione conformatas. Litteram *N* mire dilatatam videsis etiam in cod. Veronensi S. Augustini (XXVIII. 26, v. Chatelain, Script. unc. tab. 6). Itaque litterarum uncialium saeculo V vel VI exaratarum, quarum hic quattuor exhibemus specimina, duae distinguuntur classes: altera simplex et elegans, artificiosius efficta altera. Prioris classis exemplum habes in tab. 5a, a qua litterae tabularum 5b et 5c paulatim flectuntur in posteriorem tabula 5d exhibitam. — Particula folii versi hic expressa continet epistulam 54, n. 2, ed. Hartel II, 622. Alia huius codicis exempla habes in Cipolla l. c. tab. 13. ¶ Uiderint quantum uobis ceteri gratulentur uel quantum aput se ipsos singuli glorientur: ego me] et gratulari satis uobis et plus ceteris gloriari in hac uestra pacifica regressione et caritate confiteor. Simpliciter enim quid in meo corde fuerit debetis audire. Dolebam uehementer et grauiter angebar, quod eis communicare non pos[sem, quos semel diligere coepissem.

6. Collegimus hic complura specimina scripturae saeculo VI et VII subscriptionibus et scholiis summariisque in marginibus adpictis propriae. Aliud exemplum habes paulo ante, tab. 2c. Primum locum tenet:

6a. Basilicani D. 182 (v. paulo post tab. 7) illa toties retractata subscriptio. Habes eam fol. 288: 'Contuli in nomine domini Iesu Christi aput Karalis constitutus anno quarto decimo Transamund regis'. 'Contuli' habes in codice saepius repetitum (v. ff. 14. 40^{v}. 62. 82. 110. 136. 160 v. Reifferscheid, Bibl. PP. Ital. I, 150 ss.), praesertim in extremorum quaternionum marginibus inferioribus (v. hic tab. 7). Inprimis vox 'Karalis' dubia controversaque est. Holstenius in catalogo codd. ms. legit: Putzalis; Mabillon-Ruinart, Nouv. Traité III, 263, tab. 49, 1: Kasulis; Pertz, SBer. der preuß. Ak. der Wiss. 1847, p. 235 et Zangemeister-Wattenbach tab. 52: Karalis; Reifferscheid, l. c. I, 153: Kasulas; Dziatzko, Untersuchungen über ausgewählte Kapitel des alten Buchwesens. Leipzig, 1900, p. 186, nota 2: Kurabis. Praeterea hae indicantur civitates, quae illa voce possint significari: Calaris sive Caralis (Cagliari) in Sardinia, ubi nonnulli episcopi Africani eo ipso tempore a rege Trasmundo (496—523) sedibus suis pulsi exules commorabantur. Caralis in Numidia v. CIL. VIII, 360. Curubis (Kurba, Corba) in provincia proconsulari Africae, CIL. VIII, 1, 127; Supplem. I, 1282. Karbis (Korpes, Curbes) CIL. VIII, 1, 130; Supplem. I, 1283. Verum ad hanc controversiam dirimendam inprimis ad tabulas et libros iisdem vel similibus litteris cursivis exaratos (v. hic paulo post tab. 8. 9) est

recurrendum atque litterae cum litteris et compendia cum compendiis sunt conferenda. Verum quae est huius scripturae barbaries, timeo ne, etiam instituto hoc examine, aliquae litterae remaneant ancipites. — Qui de subscriptionibus disputarunt, habes recensitos in WATTENBACH, Schriftwesen[8] p. 324.

6b. Regin. 886, olim fortasse monasterii S. Dionysii prope Parisios, Iohannis Tilii Engolismensis, (Jean du Tillet, v. C. H. TURNER in Journal of theological Studies, XII (1910), 128 s.), bybliothecae Petavianae (v. Theodosiani ll. XVI ed. TH. MOMMSEN, Berolini, I. 1 (1905), p. XLV). Conscriptus est litteris semiuncialibus non post saeculum VI, ut 'ex orthographia adhuc incorrupta' manifestum esse censet MOMMSEN (l. c. p. XLVI). Continet ll. codicis Theodosiani a IX ad XVI. — Exhibemus ex codicis additamentis unum ex Summariis, quae primus edidit HAENEL (Antiqua summaria codicis Theodosiani, Lipsiae, 1834), ab ea manu exaratum, quam C. MANENTI (Antiqua summaria codicis Theodosiani ex cod. Vatic. Senis, 1889, p. 159, primum in Studi Senesi III—V 1887—89) quartam vocat, MOMMSEN vero (l. c. p. XLVI et cf. ibid. TRAUBE, Enarratio tabularum p. III) nota V^{2*} distinxit. Habes ipsum fol. 421 (l. 16, tit. 4, ed. Manenti p. 143) litteris semiuncialibus non nihil inclinatis saeculo VI exaratum (v. TRAUBE, Enarratio l. c.). ¶ XXXII. Iubet omnes sectas admonitas ad katolicam fidem antequam eas poena constringat adebere || conuerti, quod si etiam in poenis positi emendare se dixerint; poenitentibus debe[re]parcere ut qualiter poenae| sunt obnixii qui poenitere desierint ita conuersis puro corde esse parcendum legumque praestare suffragium [Man.: officium].

6c. Vatic. 5750 (v. hic p. XII, tab. 5a). In marginibus huius codicis rescripti, qui Frontonis et M. Caesaris epistulas litteris uncialibus saeculo V conscriptas continet, adiectae sunt litteris cursivis simillimis Prudentianis codicis Parisiensis (v. hic paulo ante p. VIII.) saeculo VI complures notulae, fortasse ab ipso illo Caecilio libri correctore (v. [F. EHRLE] Frontonis aliorumque reliquiae p. 22), quibus quae sibi eleganter dicta vel memoria digna videbantur, distinxit. Exhibemus notulam in margine inferiore pag. 142 adiunctam. Cf. Frontonis et Aurelii imp. epistulae ed. S. A. NABER, Lipsiae, 1867, lib. 4, ep. 12, p. 72. ¶ Quod amatur hoc est quod lux serena, quod dies festus, quod spes propinqua, quod votum impetratum, quod gaudium integrum.

6d. Vatic. 5750 (v. hic paulo ante p. XII, tab. 5a). Codici Frontonis Bobiensi inter alia folia antiquissima rescripta insertum est unum satirarum Persi et Iuvenalis (pp. 63. 64. 77. 78) litteris capitalibus rusticis, fortasse saeculo IV, exaratum. Versibus Iuvenalis in margine adiecta sunt scholia saeculo VI litteris uncialibus, non nihil cursivis et inclinatis, quorum partem aliquam e folio 78^{v} exhibemus. Versuum particulas, quas scholiasta interpretatus est, typis diductis describendas curavimus. Spectant ad satiram 15, v. 19—27. Cf. [F. EHRLE] Frontonis et aliorum reliquiae p. 16; G. N. DU RIEU, Schedae Vaticanae, Lugd.-Batav. 1860, p. 135; G. GOETZ, Iuvenalis et Persii fragmenta Bobiensia in Index scholarum aestiv. univ. Ienensis 1884. ¶ V. 19: aut concurrentia saxa simp|ligadas dicit inter quas argo | naues euasit quae in ponto concor|rerunt nunquid et ad has ulixisses ac||cessit. — V. 21: | percussum verbere circes uerg | aurea percussum uirga. — V. 22: | elpenora unus ex sociis qui in | domo ulixes periit. — V. 23: || Popolum pheaca putauit unus | de phaeacibus instruit quod | ulixes mensiatur et interro|gatiue uelut aestemaret | sibi ulixes inc. — V. 26: || Nullo sub teste canebat mere|to illi non credebatur qui sine teste | canebat. — V. 27: | Nos miranda quidem de se hoc ait | iuuenales qui in aegypto milita||uit et ea promittet se dicturum | quae ipse uiderit. — V. 27: | Sed nuper, consule Iunco, ut uincta | et lenta uideantur esse quae dic|et. — V. 28: Super calidae refere||mus moenia Coptae, aestuo|sae aut iracundae. Coptae autem | ciuitas Aegypti.

7. Basilicanus (tabularii basilicae S. Petri) D. 182, olim fortasse cardinalis Iordani Orsini († 1438, v. CANCELLIERI, De secretariis veteris basilicae Vatic. Romae, II (1786), 906. 919; E. KÖNIG, Kard. Giordano Orsini, Freiburg i. Br., 1906). Liber, qui paulo ante an. 510 (v. f. 288 et hic tab. 6) litteris semiuncialibus vel, ut aliis placet (v. V. FEDERICI, Bullettino dell'Archivio paleografico italiano. Perugia, I (1908), 111—122; D. A. SPAGNOLO, La scrittura minuscola e le scuole paleografiche Veronesi del VI e IX secolo in Atti dell'Accademia di Verona. Ser. IV, XII (1911), 1—24) minusculis conscriptus est, continet S. Hilarii ll. de Trin. et in Const. imp. — 270×200 mm. ff. 315. In fol. 245, quod exhibemus, habes

libri in Constantium capp. 10. 11 (MIGNE PP. LL. X, 587—588). — Alia specimina videsis apud ZANGEMEISTER-WATTENBACH tab. 52, f. 288; Palaeogr. Society tab. 136; STEFFENS² tab. 20, f. 288. Cf. REIFFERSCHEID, Bibl. PP. Ital. I, 150 ss. ¶ Vestem ovis tuae, lupe rapax, cernimus. | Auro reipublicae sanctum Dei oneras et vel | detracta templis vel publicata edictis | vel exacta poenis Deo ingeris. Osculo sacerdo||tes excipis, quo et Christus est proditus; caput | benedictioni submittis, ut fidem calces; | convivio dignaris, ex quo Iudas ad proditionem | egressus est; censum capitum remittis, quem | Christus, ne scandalo esset, exsoluit.

8. Vatic. 5758, olim monasterii S. Colombani Bobiensis, in quo codex iam c. an. 641 inter libros 'de arca abbatis Boboleni' adservabatur (v. f. 1 et ROSSETTI, Bobbio illustrato. Torino, III (1795) 56 ss.). Conscriptus est codex quidem fere eo ipso tempore litteris uncialibus, complures vero notulae in marginibus adiectae sunt saeculo VII, ut videtur, litteris cursivis pariter atque integrum folium 287, inter quinterniones XIX et XX insertum. 260 × 220 mm., pp. 362. — Continet S. Augustini sermones. In folio 287, cuius partem exhibemus, habes sermonem 82 S. Leonis M. (MIGNE, PP. LL. LIV, 422—423). — Cf. MAI, Nova PP. bibliotheca. Romae, I (1852), p. XIX; REIFFERSCHEID, Bibl. PP. Ital. I, 452—459; GOTTLIEB in Centralblatt f. Bibl.-Wesen IV (1887), 444; SEEBASS l. c. XIII (1896), 8; TRAUBE, Vorles. u. Abh. I, 233. Specimina scripturae uncialis huius codicis habes in ZANGEMEISTER-WATTENBACH tab. 33 et apud MAI l. c. tab. 1—7. ¶ Uerumtamen hodierna festivitas, praeter illam reuerentiam, quam toto terrarum orbe promeruit, speciali et propria nostrae urbis exsultatione ueneranda est; et ubi prae]cipuorum apostolorum glorificatus est exitus, ibi in die martyrii | eorum sit laetitia principatus. Sti enim sti uiri, per quos tibi evuange|lium Christi Roma resplenduit, et quae eras magistra errores, facta es | discipula ueritatis. Sti sunt sancti patres tui uirique pastores, qui te || regnis caelestibus inserendam multo melius multoque feli|cius condiderunt, quam illi [qui tibi] quorum[1] qui tibi nomen dedit, | fraterna te cede fedavit. Sti sunt, qui te ad hanc gloriam prouexe|runt ut gens sancta, populus electus, ciuitas sacerdotalis et regia | per sacram beati Petri sedem capud urbis effecta, latius . . . presi||deris relegione diuina quam dominatione terrena. Quamuis | enim multis acta uictoriis ius imperii tui terra marique protule|ris minus tamen est, quod tibi bellicus labor subdidit quam | quod pax cristeana subiecit. Deus namque bonus, iustus, | omnipotens, qui misericordiam suam humano generi numquam || negauit omnesque in commune mortales ad cognitionem | sui abundantissime semper beneficiis erudiuit.

9. Vercellensis (bybl. Capitularis) CLXXXIII, codex saeculo VIII littera, quam semicursivam vocant, ipsis Vercellis exaratus esse videtur, vel certe in Italia septentrionali, ut ex litterarum conformatione satis manifestum est. Alia huius scripturae specimina invenies apud LOEW-LIEBAERT, Scriptura latina minuscula antiquior. I Scriptoria Italica. 245 × 190 mm.; ff. 115. Varia continet Patrum opera, quibus saec. XV titulus praefixus est: 'Liber illustrium virorum Ieronimi et retractationum Augustini'. — Quod exhibemus fol. 104 excerptum continet Cassiodori de institutione divinarum litterarum capp. VIII et IX (Migne PP. LL. LXX, 1121—2) et ordinem lectionum divini officii, quem e cod. CXXXVIII bybl. Capit. Coloniensis edidit S. BÄUMER, Geschichte des Breviers. Freiburg i. Br., 1895, p. 620. — Cf. REIFFERSCHEID, Bibl. PP. Italica II, 200—4; LOEW, Studia palaeographica in SBer. der phil.-hist. Kl. der Kgl. Bayer. Akad. der Wiss. 1910, pp. 12. 43, tab. 1. — Alias complures imagines eiusdem codicis invenies apud VATTASSO, Codici Vercellesi et apud LOEW-LIEBAERT l. c. ¶ Quam et sanctus hyeronimus tribus libris exposuit. Item ad ephesios epistulam praedictus hyeronimus aliis | tribus libris diligenter aperuit. Ad titum quoque expositionem uno volumine | conpraehidit. Ad Philemonem etiam uno libro patefecit. Similiter vero | residuas epistulas. Idest ad corinthios duas, ad tessalonicenses duas, ad || colosenses unam, ad timotheum II diligentissime dicitur explanasse. | De apostulorum actibus et apochalypsin. | Nonus igitur cudex actus apostulorum et apochalypsin continet. Sed in actibus | apostulorum sancti Iohannis constantinopolitani episcopi in greco sermone commenta rep|perimus. [Cap. IX] Apochalybsin uero sanctus Hyeronimus conspicue explanauit, || sed et Victorinus breuiter quaedam in eodem libro loca tractauit. Vigilius quoque Affer | antistes de mille annorum intelligentia diligenti narratione disseruit. | Thichonius etiam Donatista in eodem volumine quaedam non respuenda subiunxit |, quaedam vero venenosi dogmatis sui feculenta permiscuit. De quo vo|lumine sanctus Augustinus in libris de civitate dei plura disseruit. Nostris quoque || temporibus apochalypsis praedicta a beato Primasio Affricano antistide minute | ac diligenter quinque libris exposita est. | In nomine domini incipit ordo catholicorum librorum, qui ponuntur anni circulo in ecclesia romana|. In primis in septuagesima ponum (l. — nt) eptatheucum usque ad quinto decimum diem | ante pascha. In quinto decimo die ante pascha ponunt Hyeremiam prophetam || usque parasceben.

1 studio prima moenium tuorum fundamenta locata sunt; e quibus is *omisit scriba.*

In pascha ponunt actus apostulorum. Secuntur septem | epistulae cannonicae. Deinde sequitur apochalipsys usque in octauas pentecosten.| In octaua pestecon ponunt regum usque in dominicam primam mensis augusti. In | domenica prima mensis augusti ponunt Salomonem usque in kalendas septembris. | In domenica prima mensis septembris ponunt Iob, Tubiam, Iudith, Hester, Hes||dram usque in domenicam primam octubris. In dominica prima octubris ponunt | Machabeorum usque in kalendas nouembres. In domenica prima nouembris.|

10. Vercellensis (Bybl. Capitularis) CCII, saeculo IX, forsitan Vercellis, exaratus est, litteris minusculis, quibus, ineunte saeculo IX, utebantur scribae in Italia septentrionali. Complura similis scripturae exempla videbis apud Loew-Liebaert, scriptura latina minuscula antiquior. I Scriptoria Italica. 215 × 146 mm.; ff. 127. Continet Isidori. Etymologiarum lib. I cap. IX — lib. VI, cap. X. — Quod exhibemus fol. 66, praefationem praebet libri III (Migne PP. LL. LXXXII, 153—154). Cf. Reifferscheid, Bibl. PP. Italica II, 216—218; Loew, Stud. Pal. in SBer. der philos.-hist. Kl. der kgl. Bayr. Akad. der Wiss., 1910, p. 43; Traube, Vorles. u. Abh. II (1911), 160. Alia ejusdem codicis specimina invenies apud M. Vattasso, Codici Vercellesi. ¶ Prefatio de quattuor sequentibus | disciplinis de mathema|tica. | Mathema||tica latinę | dicitur doctri|nalis scientia, quae abstrac|tam considerat quantitatem. Abstracta enim |quantitas est, quam intellectu a materia sepa||rantes vel ab aliis accedentibus, ut est, par, inpar | vel ab aliis huiuscemodi in sola ratiocinatione | tractamus. Cuius species sunt quattuor, idest | arithmetica, musica, geumetrica et astrono|mia. Arithmetica est disciplina quantitatis ‖ numerabilis secundum se. Musica est disciplina | quae de numeris loquitur, qui inueniuntur in sonis. | Geumetrica est disciplina similitudinis et formarum. | Astronomia est disciplina | quae cursus caelestium siderum atque figuras contemplatur atque omnes ‖ habitudines stellarum. Quas disciplinas deinceps paulo la|tius indicamus.

11. Regin. 1823, olim maioris ecclesie Beneventane (v. f. 1). Liber, ex duobus codicibus conflatus, a compluribus librariis saeculo IX litteris Beneventanis exaratus. Prima pars, cujus exemplum edimus, a Iohanne Diacono scripta est (v .f. 117). 238 × 177 mm.; ff. 171. Habes in eo varia Patrum opera (cf. Reifferscheid l. c. pp. 378—379). Quod exhibemus fol. 69^{v} finem continet lib. II Sententiarum b. Isidori Hisp. (Migne, PP. LL. LXXXIII, 652—654). Cf. Arevalus, S. Isidori opera. Romae, II, (1797), 334—335; Bethmann in Pertz' Archiv XII (1872), 325; Reifferscheid l. c. pp. 378—379. ¶ [13] . . . Simul et boni officiu(m), dum plus prȩmitur perdat. | Sollicita igitur discretione carnis est moderan|da materies, scilicet ne aut integra extinguatur | aut inmoderate laxetur. — [14] Infirmitate carnis ‖ nimia prevalente apperfectionem pertingere ne|mo potest. Nam quamvis sanctitatis amore quis|que habeat, exsequi tamen non balet operis meri|tum, cui intentione cordis deseruire conatur. | —[15] Corporis debilitas nimia etiam uires anime fran||git, mentis quoque ingenium facit marcescere, | nec ualet quicquam boni per inbeccillitatem profi|cere. [16] Ne quid nimis. Nam quidquid commodo et | temperamento fit, salutare est, quidquid autem | nimis et ultra modum est, perniciosum fit studium||que suum in contrarium uertit. In omni opere modum | et temperamentum oportet habere. Nam omne quod | excedit, periculosum est, sicut aqua, que quasi | nimios imbres prebeat, non solum nullum usum | adhibet, sed etiam periculum exibet.

12. Vatic. 5007, olim "domini Bartholomei condestabuli de Benevento" (v. f. 130^{v}), duabus constat partibus Neapoli, ut videtur, exaratis, quarum prior (ff. 1—100) litteris uncialibus saeculo VIII/IX, posterior (ff. 100—130) a duobus aliis librariis litteris Beneventanis tempore Petri Subdiaconi (an. 910—960?) est conscripta, et folium 130 quidem fortasse ab ipso Petro. Continet gesta episcoporum Neapolitanorum, ex hoc codice edita a Waitz, Mon. Germ., SS. rer. Langob., pp. 398—436. 205 × 145 mm., ff. 130. Quod expressimus fol. 130 exhibet partem secundam gestorum auctore Iohanne Diacono et principium tertiae auctore Petro Diacono, apud Waitz l. c. pp. 435—436. — Cf. Muratori, SS. rer. Ital. I, 2 (1725), 287—290; Bethmann, in Pertz' Archiv XII (1872), 227; Waitz l. c. pp. 398—300; Traube, Vorles. u. Abh. I, 231 s. — Alias codicis imagines habes in Waitz l. c. tab. 5 et habebis in Loew, Scriptura Beneventana tab. 43. ¶ Cuius corpus] ad monasterium sancti Benedicti situm in | monte Casino deportantes in ecclesia | sancti Petri apostoli ibidem constituta sepeli|erunt, indictione quinta, anno imperat|| . . . Fuit autem temporibus Leo|nis et Benedicti et Nicolai et Adriani apos|tolicorum. Hucusque Iohannes Diaconus; | quę sequuntur Petrus edidit | Neapolitanę sedis Subdiaconus. ‖ Athanasius iunior episcopus, nepos videlicet | prȩfati Athenasii prȩsulis, filius Gregorii | consulis ac ducis, sedit annos XXII, menses V, dies II|. Hic utique uir altioris ingenii ac mira|bilis prudentię fuit. Consecratus est autem in ecclesia ‖ beati Nazarii martyris sita in loco, qui dicitur | Canzia, territorio Capuano a Iohannę oc|tabo papa, qui eo tempore illuc adue|nerat, ut Sergius consul et dux, germa|nus prędicti prȩsulis, fędus dirrumperet cum [Agarenis.

13. Vatic. 4958, olim monasterii Casinensis no. 967 (v. f. 1), in ipso monasterio tempore abbatis Desiderii c. an. 1087; ut videtur, postquam electus est Romanus Pontifex (v. f. 94); litteris Beneventanis exaratus est. 298 × 224 mm., ff. 95. — Continet Martyrologium ad usum monasterii Casinensis. — In eo quod exhibemus fol. 15^{v}, partes habes diebus III, II kal. Martias et kal. Martiis assignatas, editas apud Rosweide-Georgius, Martyrologium Adonis. Romae, 1745, pp. 106—108, ubi tamen desunt additamenta Casinensia. Cf. Bethmann in Pertz' Archiv XII, 246; Waitz in SS. rer. Langob., pp. 468 et 489; Ehrensberger, Libri liturgici Bibl. Vat. Friburgi Br., 1897, p. 165; Quentin, Les martyrologes historiques. Paris, 1908, p. 691; G. Mercati, Due supposte spogliazioni della Bibl. di M. Cassino in Miscellanea di studi in onore di A. Hortis. Trieste, 1910, p. 966. Alteram eiusdem codicis imaginem invenies apud Loew, Scriptura Beneventana tab. 71. ¶ Item · eodem die in Alexandria natalis sancti Iuliani martyris qui cum ita podagra constrictus esset, ut neque incedere] neque stare posset, cum iis, qui eum in sellula portabant | iudici offertur; quorum unus quidem statim negauit, alter | vero nomine Eunus cum eodem sene in Domini confessione per|durat; quique iubentur camelis impositis per totam cir||cumduci urbem et flagris, hinc inde inspectan|te populo, laniari usque quo finem ipsis uerberibus sor|tirentur. — Lugduni sancti Abdomeri viri Dei. | — XIIII. C. II kalendas martii. In territorio Lugdunensi locis uirensibus [l. Iur-] | natalis sancti Romani abbatis, qui primus illic uitam || heremiticam duxit quique beatissimo patri Benedi|cto in initio cōuersationis eius adiutor et coopera|tor extitit ac multis uirtutibus miraculisque | prę̄clarus, plurimorum postea monachorum pater effec|tus in pace quieuit. Eodem die sanctorum Macharii || Rufini, Iusti et Theophili. — Martius habet dies XXXI, luna XXX. III D. Kalendis martii. Rome natalis sanctorum martyrum ducen|torum sexaginta, temporibus Claudii, qui uia | Salaria arenam fodientes damnati fuerant | pro Christi nomine. Quos iussit Claudius ut || in fligina foris muros portę̄ Salarię̄ mitteren|tur, et eo loco inclusi amphitheatro militum | sagittis interficerentur. Cartagine sancti Donati |

14. Vatic. 4928, olim. mon. S. Sophiae Beneventi, postea card. Sirleti, c. an. 1113—1120 litteris Beneventanis in ipso coenobio S. Sophiae (cf. f. 9^{v}) scriptus, fuit 'decani Iohannis' (cf. f. 100^{v}). De Iohanne videsis Falconis Benev. Chronicon ad an. 1120 apud Muratori, SS. rer. Italic. V, 96. 220 × 145 mm., ff. 363. — Continet breviarium Benedictinum, cui praefixum est kalendarium et chronicon, quod ex hoc codice ediderunt Aloisia apud Muratori, Ant. Italicae I (1738), 254—262 et Pertz, Mon. Germ. SS. III, 173—184. — Quod exhibemus fol. 6, annales continet ab an. 1064 ad an. 1082, v. Pertz l. c. pp. 170 ss. Cf. N. Aloisia apud Muratori l. c., Pertz l. c. p. 173; Bethmann in Pertz' Archiv XII (1872), 245; Ehrensberger l. c. pp. 206—208. Aliam eiusdem codicis imaginem habebis apud Loew, Scriptura Beneventana tab. 82. ¶ Anni domini MLXIIII, Indictione II. | MLXV, III. Cecidit resina nimia de mense nouembris. | MLXVI, IIII. XVI kalendas maggi (?) apparuit stella cometis. III° die stante || mense februarii facte sunt tenebrę̄ hora nona et permanserunt horis III. postea subsecuta est pluuia | turbida nimium. Dux Gottefridus uenit et Normanni bella crudelissima | fecerunt cum Brittannis in terra Anglorum et Sassonum | . . . || MLXVIIII, VII. Obiit Udalricus archiepiscopus. | MLXXI, VIIII. Capta est Palarmus a Rubberto duce. | MLXXII, X. Undecimo kalendas maggi obiit Alexander papa et Gregorius fit papa mense aprilis. | MLXXIII, XI. Obiit Pandulfus princeps mense februarii et burgum a porta Rufina crematum est. || Mense augusti Gregorius VII papa uenit Beneuentum. | MLXXIIII, XII. Electus est dominus Madelmus et consecratus in abbatia sancte Sophie a domino papa Gregorio, | et Milo fit archiepiscopus. | MLXXV, XIII. Robbertus dux perrexit super Salernum, quem tenebat Gisolfus princeps, | cognatus suus, et sedit super eum a mense maggi usque in festiuitatem sancte Lucie et in ipsa nocte cępit eandem ciuitatem. Obiit Milo archiępiscopus. || MLXXVI, XIIII. Roffridus fit archiepiscopus. | MLXXVII, XV. XV kalendas decembris obiit Landulfus princeps et XIIII kalendas ianuarii uenit supra Beneuentum Robbertus dux et sedit ibi usque in VI idus aprilis. | MLXXVIII, I. Gregorius papa tradidit Robberto ducatum. | MLXXVIIII, II. IIII° kalendas ianuarii gelauit flumen Caloris ita ut desuper homines || calciati transirent. | MLXXX, III. Henricus imperator uenit super Romam et in eodem anno Robbertus dux perrexit super ciuitatem Tyburtinam et Iordanus princeps fecit pactum cum predicto Henrico imperatore. | MLXXXI, IIII. III° nonas februarii cecidit resina die et nocte quanta nullus | meminit. Henricus imperator iterum uenit Romam. || MLXXXII, V. Mense martii electus est imperator Alexius Constantinopoli.

15. Ottobon. 296, litteris Beneventanis saeculo XI exaratus, exemplum praebet scripturae, quae in Italia meridionali (Barii?) in usu erat. Cf. Bannister, Paleografia Musicale Vaticana n. 357. Alia huius scripturae exempla habes in cod. Vatic. 10763 (v. Bannister, Ordine Ambrosiano in Miscellanea Ceriani. Milano, 1910, pp. 127—141) et apud Loew, Scriptura Beneventana tabb. 69. 70. 85 etc. 280 × 178 mm.; ff. 144. — Continet codex Evangeliarium. — Quod exhibemus fol. 46,

partem praebet lectionum feriae III et IV post dominicam IV Quadragesimae (Io. 7, 28 ss et Io. 9, 1 ss). — Cf. EHRENSBERGER l. c. p. 432; BANNISTER l. c. n. 357. ¶ Ioh. VII, 28:] et a me ipso non ueni, sed est uerus | qui misit me, quem uos nescitis. 29. Ego | scio eum, quia ab ipso sum et ipse me | misit. Et si dixero, quia nescio eum, || ero similis uobis mendax. Et scio eum, | quia ab ipso sum et ipse me misit. | 30. Quęrebant ęrgo eum apprehendere et | nemo misit in illum manus, quia nondum | uenerat hora eius. 31. De turba autem mul||ti crediderunt in eum. — Feria IIII. Sequentia | sancti euangelii secundum Iohannem. In illo tempore (IX). | 1. preteriens Iesus uidit homi|nem cecum a natiuitate (2) | et interrogauerunt eum discipu||lis suis: Rabbi, quis peccauit, | hic aut parentes eius, ut | cecus nasceretur. (3) Respondit | Iesus: Neque hic peccauit neque | parentes eius, sed ut manifesten||tur opera Dei in illo. (4) Me opor|tet operari opera eius, qui misit me.

16. Borgianus lat. 339, olim monasterii Absarensis (Ossero in Dalmatia), an. 1082 (v. ff. 57—9) in monasterio s. Nicolai Absarensi exaratus, specimen praebet litterae Beneventanae in Dalmatia usitatae. Cf. CAGIN in Revue des Bibliothèques. XII (1902), 41—73. 275 × 192 mm.; ff. 59. Continet fragmenta Evangelistarii. In fol. 35, quod exhibemus, habes 'nuntium paschae' (ed. apud EBNER, Iter Italicum, p. 308 et apud CAGIN l. c. pp. 54. 55). Cf. EBNER l. c. pp. 153. 308; CAGIN l. c.; Catalogo della esposizione Gregoriana in Studi e testi, n. XIII, Roma, 1904, p. 58, n. 164. Aliud codicis specimen reperies in BANNISTER, Paleografia musicale Vatic. n. 365, tab. 73[b]. ¶ Annuntiamus karitatem, annuntiamus | karitatem, annuntiamus karitati uestrę diem | magnum et sacratissimum sanctum pascha men|se sęcundo die uicesimo quarto esse uentu||rum, septuagessimam vero mense duode|cimo die uicesimo esse uenturam. Unde | et nos omnes fratres karissimi communiter clemen|tiam domini depręcemur, ut ad eandem festiui|tatem nobis cum gaudio et sua gratia peruenire con||cedat, prestante sua misericordia qui in trini[tate perfecta uiuit et regnat . . .

17. Barberin. 2724, olim monasterii S. Vincentii ad Vulturnum, litteris Beneventanis a variis librariis variisque temporibus, saeculo tamen XIII exaratus, exemplum praebet scripturae Beneventanae emorientis. 322 × 210 mm., ff. 341. — Continet Chronicon Vulturnense ex hoc codice editum non sine multis mendis a MURATORI SS. rer. Ital. I 2 pp. 319—521, retractabit autem V. FEDERICI in Istituto storico Italiano. Fonti. — Quod exhibemus fol. 21 decretum continet monachorum pro servandis coenobii sui facultatibus scriptum post an. 1260 (in MURATORI l. c. p. 518). — Cf. MURATORI l. c. pp. 321—324; D'AGINCOURT, Histoire de l'Art. Paris II (1823), 77; BETHMANN in PERTZ' Archiv XII (1872), 386; BERTAUX, L'art dans l'Italie mérid. Arch. XII (1872), 386; N. Arch. II (1877), 344; 1904, p. 209; TOESCA. Reliquie d'arte in Bullett. dell' Istit. Stor. Italiano. XXV (1904), 1—74; MUÑOZ, Le miniature del Chron. Vulturnense ibid. XXX (1909), 75—90. Alias eiusdem codicis imagines invenies apud MURATORI l. c. tab. I—III; D'AGINCOURT l. c. V, tab. 69; MUÑOZ l. c. tav. I—II; LOEW, Scriptura Beneventana tab. 84. 95. ¶ Anno millesimo ducentesimo sexagesimo, mense ianuarii, III indictione. Pro inlicitis concessionibus ecclesiarum | et indebitis collationibus beneficiorum, pro multis donationibus et alienationibus pos|sessionum necnon feudorum et tenimentorum excusationibus diuersis modis ac temporibus, quandoque | monachorum consensu, multotiens extra eorum assensum ab abbatibus dolose perpetratis. || monasterium sancti Vincentii de Uulturno a status sui dignitate miserabiliter corruens cum | possessionum ammissione etiam bona temporalia perdens, iacet nunc multis ruinis et | calamitatibus oppressum, et quod super omnia monasteria, que in circuitu eius sunt olim gloria | uigebat et nobilitate, modo nostris exigentibus commissis, bonis omnibus fere destitutum, | innobilitati ac uerecundie tenetur pre cunctis obnoxium, et cuius preconia per cunctorum || ora solitum erat uolitare, nunc res in contrarium uersa omnibus ruinam eius scientibus habetur | in derisu et contemptu et pars eorum effecta est tota die. Cuius siquidem lugende calami|tati, licet sera penitudine, nos monachi prefati monasterii viribus totis obui|are uolentes, mandato ac licentia domini Placidi uenerabilis abbatis dicti monasterii vni|uersi a iunioribus usque ad seniores mera et spontanea uoluntate iurauimus || super sacra dei euangelia, quod deinceps non erimus in facto neque consensu, quod alicui ex fratribus nostris ante | profexionem canonicam aliqua de ecclesiis dicti monasterii aliquatenus concedatur aut | clerico seculari, presertim que consueuerant gubernari per fratres nostros et tenimenta nostri monasteri aliquo modo excusentur aut alicui sine angaria tribuantur uel franchitia in aliquo fiat. | Possessiones quidem prescripti monasterii non alienabimus de demanio dicti monasterii, feudum de || nouo non faciemus, decimarum seu terraticorum siue debitorum redditus nemini ad ha|bendum concedemus in perpetuo ad suos usus. Tenimenta uero, que quolibet modo uacabunt in anga|ria non ad censum, prout melius ualebimus, locabimus. Quod utique factum ut perpetuo inre|fragabiliter a nobis et nostris successoribus conseruetur, cum cereis accensis et in aqua extinctis et pul|satis campanis fecimus excommunica|tionem, anathematizantes eos et in perpetuo maledi||centes nisi resipuerint, qui hoc salubre statutum quolibet modo euacuare temptauerint. Fe|cimus enim hoc prudentiori consilio, quatenus huius facti fama ad omnium aures percurrat et de|[sinant amodo bona monasterii ad suos usus querere, in quorum prouentibus monachi, qui in lege domini meditantur, semper debeant sustentari.

18. Regin. 317, olim Augustodunensis (v. DELISLE in Bibl. de l'Ec. des chartes XL (1879), 140 ss.), Floriacensis (Fleury, Saint-Benoit-sur-Loire), Petavianus, saeculo VIII exaratus esse videtur, litteris uncialibus, non illis quidem sponte e manu librarii fluentibus, sed arte et imitatione effictis. 261 × 172 mm., ff. 262. — Continet Missale, quod perperam Gothicum, verius Gallicanum vetus vocatur. Cf. DELISLE, Notice sur vingt mss. du Vatic. p. 479; id. Mémoire sur d'anc. sacram. p. 69 ss.; EBNER, Iter Ital. p. 240. 430; EHRENSBERGER, Libri liturg. p. 392 ss. Editum est Missale ab I. M. TOMMASI, Codices sacramentorum. Romae, 1680, pp. 263—397; a MABILLON, De liturgia Gallicana pp. 174 - 300; a MURATORI, Liturgia Romana, ed. Venet. 1748, II, 517—658 (MIGNE, PP. L. LXXII, 217—318); a NEALE-FORBES, The ancient liturgies of the Gallican Church. Burntisland, 1855, pp. 32—150. — Quod exhibemus fol. 136ᵛ, tardius codici insertum continet orationem litteris Merovingicis saeculo VIII exaratam. Habes eam in MIGNE l. c. c. 262. Exemplum litterarum uncialium habes in CHATELAIN, Scriptura uncialis tab. 43. ¶ Horacio post Sanctus in quatragesima. | — Deus rerum omnium conditur adque | creatur, qui hunus in trinitate et | trinus in unitate cognusceris, cuius ‖ magnitudenem difficiens est lingua | humana narrare, quem sene cessaci|one proclamant angeli sanctus; idio nus | menime famoli tue ore quidem indigno | non tres sanctus, sed ter sanctus preconiae uocis at‖tollemus, ut consono modolamenum procla|mitur ter repetitur laudacio; ob hoc | piaetatem tuam climentisseme domine exoramus | obtada tribuas, presumta indulgias, ut de|tersa nube peccaminum pura et libera cons‖ciencia tuam meriamur obolencia [l. omnipotenciam?] conlauda|re. Saluatur. [Cf. ff. 143. 141ᵛ; alii perperam 'salt'.]

19. Eporediensis (Ivrea, bybl. capitularis) I, litteris Merovingicis et initialibus pictis, quas TRAUBE (apud BURN, Facsimiles of the Creeds. London, 1909, p. 47) 'scholae Luxoviensis' dicebat, saeculo VIII exaratus est. 235 × 147 mm., ff. 148. — Continet S. Gregorii M. Regulam Pastoralem. — Quod exhibemus fol. 53ᵛ finem praebet capitis XXIII (MIGNE, PP. LL. LXXVII, 49). Cf. REIFFERSCHEID, Bibl. Patrum Ital. II, 236 s.; MAZZATINTI, Inventari dei mss. delle Bibl. d'Italia. Forli, IV (1894), 4; TRAUBE, Palaeographische Anzeigen in Neues Archiv XXVI (1900), 230 s.; LOEW, Studia palaeogr. l. c. p. 32. — Alteram eiusdem codicis imaginem habes in Monumenta palaeogr. sacra. Torino, 1899, tab. 8, p. 8. ¶ Non una eademque cunctis exhortatio congruit, quia nec cunctos par morum] qualitas astringit. Saepe namque alii[s] suffi ciunt [l. officiunt], quae aliis prosunt. Quia et plerumque | herbae, quae haec animalia nutriunt, alia occi dunt; et lenis sibilus equos mitigat, catulos instigat; ‖ et medicamentum, quod hunc morbum imminuit, | alteri uires iungit; et panis qui uitam fortium robo[bo]rat, paruulorum negat. Pro qualitate igi|tur audientiur formari debet sermo doctorum, | ut ad sua singulis congruat et tamen a communis ae‖dificationis arte numquam recedat. Quid enim sunt | intentae mentes auditorum, nisi, ut ita dixerim, quae dam in chytara tensiones stratae cordarum, quae | tangendi artifex, ut non sibimetipsi dissimile canti cum faciat, dissimiliter pulsat. Et idcirco corde ‖ consonam modolationem reddunt, quia uno qui dem plectro, sed non uno inpulso feriuntur. Un|de et doctor quisque ut in ona cuntos [l. ut in una cunctos] uirtute ca ritatis aedificet, ex una doctrina non una eademque | exhortatione tangere corda audientium debet.

20. Regin. 316, olim. Petavianus, continet Sacramentarium Gelasianum post medium saeculum VIII litteris uncialibus exaratum (v. WILSON, The Gelasian Sacramentary. Oxford, 1894). Folia vero 2ᵛ, 45ᵛ, 46 exhibent Pater Noster et Symbolum Nicaenum, graece litteris latinis uncialibus, latine autem minusculis eodem tempore id est saeculo VIII/IX, in Gallia usitatis conscripta. 260 / 167 mm., ff. 245. — In fol. 46, quod exhibemus, partem habes Symboli (v. WILSON l. c. p. 53 s. et MIGNE, PP. LL. LXXIV, 1089 s). — Cf. EBNER, Iter Italicum p. 238 s.; DELISLE, Mémoire sur d'anciens Sacramentaires p. 66 s.; Catalogo dell'Esposizione Gregoriana in Studi e Testi. Roma, XIII (1904), p. 21, n. 34; LOEW, Studia palaeographica l. c. p. 36. — Alia eiusdem codicis specimina videsis apud DELISLE l. c. tab. 1—4 et EBNER l. c. p. 240 s. ¶ Filium] Dei unigenitum de Patre | natum ante omnia saecula, | lumen de lumine, Deum uerum de Deo | uero, natum non factum, ‖ consubstantialem Patris, per quem omnia facta sunt, qui propter nos homines | et propter nostram salutem | descendentem de caelis et incarnatum | de Spiritu Sancto et Maria ‖ uirgene et humanatum, | crucifixum etiam pro nobis sub Pontio | Pilato et passum et sepultum | et resurgentem tercia die secundum | scripturas et ascendentem in ‖ caelis et sedentem ad dexteram | Patris et iterum uenturum cum gloria iudicare uiuos et mortuos, | cuius regni non erit fines, et | in Spiritu Sancto dominum et uiuificatorem ex Patre | procedentem, qui cum Patre et Filio simul adoratum | et conglorificatum, qui locutos est [per prophetas . . .

21. Barberin. 570, saeculo VIII exeunte, ut videtur, a Wigbaldo librario (v. f. 153) litteris Anglosaxonicis exaratus est et picturis ornatus. Similem scripturam videsis in codice B. II. 30 ecclesiae cathedralis Dunelmensis (Durham) (cf. Palaeographical Society tab. 164). 325 × 248 mm., ff. 153. — Continet Evangelistarium cum capitulis et prologis. — Quod exhibemus fol. 48 partem praebet argumenti evangelii S. Marci, quod habes in MIGNE, PP. LL. CIII, 279 s. — Alia specimina v. in La version de la Vulgate. Rome, 1911. ¶ Marcus euangelista | Dei et Petri in babtisma[t]e filius | atque in diuino sermone dis|cipulus, sacerdotium in Israhel | agens secundum carnem leuita | conuersus ad fidem Christi euan|gelium in Italia scribsit osten|dens in eo quid generi suo de|beret et Christo. Nam initium | principii in uoce prophetice | [exclamationis instituens, ordinem leviticae electionis ostendit, ut praedicans Ioannem praedestinatum filium Zachariae, in uoce angeli annuntiantis emissum, non solum Verbum caro factum, sed et corpus Domini in omnia per verbum] | diuinae uocis animatum | initio euangelicae predica|tionis ostenderet; ut quis hęc | legens sciret, cui initium carnis || in Domino et Iesu aduenientis ha|bitaculum caro deberet ag|noscere atque in se uerbum uocis, | quod in consonantibus pendiderat [l. perdiderat] inueniret. Denique et perfecti || euangelii opus intrasset [l. intrans] a bab|tismo Domini predicare Deum inchoans | non laborauit natiuitatem | carnis, quam in prioribus uicerat, | dicere, sed totus in primis ex||positionem desertum (corr. -ti), ieiunium | numeri, temptationem diaboli, | congregationem bestiarum | et ministerium protulit angelorum.

22. Palat. 220, olim monasterii S. Nazarii Laureshamensis (Lorsch, v. f. 50 et passim), Scottica manu in Germania (v. ff. 30ᵛ. 62ᵛ) saeculo IX ineunte exaratus, in coenobio Laureshamensi iam saeculo X adservabatur, ut ex compluribus S. Nazarii invocationibus, manu eius saeculi in marginibus adiectis (v. ex. c. f. 50) perspicuum est. 220 × 155 mm., ff. 71. — Continet varia complurium Patrum opera, quibus saeculo XII praefixus est titulus (v. f. A): 'Aurelii Augustini Sermones'. In marginibus addita sunt et hymnorum fragmenta cum neumis et probationes pennae. — Quod exhibemus fol. 33 sub titulo 'dicta S. effram' exordium continet sermonis cuiusdam, quem videsis apud MIGNE (PP. LL. XL, 1347) inter opera suppositia S. Augustini: 'Sermonum ad fratres in eremo commorantes' LXIV. — Cf. REIFFERSCHEID, Bibl. PP. Italica I, 229—233; STEVENSON, Codd. Palat. lat. pp. 46—48; GOTTLIEB, Ueber mittelalterliche Bibliotheken p. 337; PFEIFFER in Neues Archiv XVII (1891), 484; idem in SBer. der philos.-hist. Kl. der Wiener Akad. LII (1866) 3—19; FALK, Bibliotheca Laureshamensis p. 60 — Alia eiusdem codicis specimina habes apud SALZER, Geschichte der Deutschen Litteratur; BANNISTER, Paleografia Musicale Vatic. n. 23, tab. 4a. ¶ Dicta Sancti Effram | Audite filioli mei et intellegite, quomo|do sacra scriptura uos ad|monet et regna celorum || inuitat et uiam ostendit, quomodo | mala mundi istas euadere possetis, | et ad bonam eternam Christo adiuvante | pervenire. Clamat enim Dominus per prophetam | ad sacerdotes, qui presunt populo, ut || uos debeant admonere et adnunctiare | uiam ueritatis. Dicit enim: 'Clama ne ceses | exalta quasi tuba uocem tuam et adnun|tia populo meo scelera eorum. Quod si | tu non nuntiaueris iniquo iniquitatem suam, sangui||nem eius de manu tua requiratur'. In his | omnibus grandis necessitas est sacerdotibus, | ut uobis [prius : uos] uiam Dei adnuntient et ostendant, | per quam uitam possetis eternam in|quirere. In primus enim hoc christianus |

23. Palat. 830, olim monasterii S. Martini Moguntini (v. f. 1), exaratus est inter annos 1069 et 1082 Moguntiae, a compluribus manibus valde inter se discrepantibus, dictante ipso auctore Mariano Scotto vel etiam manum apponente (v. WAITZ, in Mon. Germ. SS. V, 481—494). 300 × 245 mm., ff. 170. — Continet Mariani Scotti Chronicon, quod ex hoc codice edidit WAITZ l. c. pp. 495—562. — Quod exhibemus fol. 148 specimen praebet scripturae Scotticae (Hibernicae) et notularum, quas adiunxit alia manus. Spectant ad annum 526 et sequentes. Habes eas apud WAITZ l. c. p. 538. Alias imagines eiusdem codicis videsis apud WAITZ l. c. tab. 4. — Cf. STEVENSON, Codices Palat. lat. p. 290 s.; WATTENBACH, Deutschlands Geschichtsquellen ⁵. Berlin, II (1892), 114 s. 75. ¶ · XX · IIII · mensis martii fuisse quis dubitat? et reliqua. Et pau|lo ante dicit: 'Hoc monemus, quod ciclus iste · XCV · annorum quem fe|cimus non per omnia in se ipsum revertitur, et ideo post expletionem | · XC · V · annorum non ad quintum ciclum sancti (Cirilli), qui incepit ciclos suos || ab anno · CLIII · Diocletiani, quorum quintum ciclum nobis ne|cessario praepossuimus, sed ad nostrum primum ciclum, quem nos | abᵗ anno · CC · XL · VIII · eiusdem Diocletiani incepimus, lector in|currat' et reliqua. | Benedictus abbas virtutum gloria claruit, quas sanctus Gregorius in dia|logo conscripsit. Iustinus Constantinopolim || Iustinianum sororis sue filium ante quartum mensem obitus | sui imperatorem faciens obiit. | Romanorum · LIX · Iustinianus, omne teste historico, regnavit annis | XXX · VIII ·, huc usque kalendas ian. in anno · D · L · II · post passionem. Sub hoc consules fuerunt teste Cassiodoro: | DXLIX I Iustinianus augustus II conssul. Bilizarius patricius de Persis || mirabiliter triumpavit. — DL II Decius v. c. conssul. Bilizarius a Iustiniano in Affricam | missus Wandalorum gen|tem deleuit. — DLI III Lampadius et Orestes uiri clarissimi consules. His consulibus Felix papa obiit IIII id. oct. | Bonifatius papa LIIII post Petrum annis II. (Bonifatius papa obiit die

XVII mensis oct. consulatu Lampadii). || DLII IIII pro c. [l. post cons.] Lampadii et Orestis. Corpus sancti Antonii monachi | a Deo revelatum Alexandriam | deffertur et in ęcclesia beati Iohannis babtistae humatur. | DLIII. V Iterum pro cons. Lampadii et Orestis viri clarissimi consules. | Mercurius papa LV annis duobus. (His consulibus Bonifatius papa obiit XVII die mensis oct. Mercurius qui et Iohannes papa obiit VI kal. iunni p. c. iterum Lampadii.) | Hucusque ciclus magnus pascalis quingentorum XXX duorum annorum protenditur, in cuius anno XIII || dominus noster Iesus Christus passus VIII die kal. aprilis, luna·XV·| atque VI kal. April. luna XVII a mortuis ressurrexit | anno XVIII imperii Tiberii Cesaris iuxta historiam euangelii.

24. Palat. 65, olim monasterii S. Mariae de Cupro (Coupar-Angus in Scotia), manu Scottica saeculo XII/XIII exaratus, iam saeculo XIII (v. f. 1) in coenobio S. Mariae de Cupro adservabatur et fortasse ibidem conscriptus est. 317 × 320 mm., ff. 201. — Continet Psalterium cum glossis Petri Lombardi. — Quod exhibemus fol. 75^{v} praebet glossam in Psalm. LVIII (v. MIGNE, PP. LL. CXCI, 541 s.). — Cf. BANNISTER, Pagine scelte di due codici in Codices e Vaticanis selecti. Series minor. Romae, II (1910), ubi complura habes eiusdem codicis specimina; idem, Irish Psalters in Journal of theological Studies XII (1911), 280—284; idem, Abbreviations in ms. Vatic. Palat. lat. 65 in Zeitschrift f. keltische Philologie VIII (1911), 246—259. ¶ Saul quaerens interficere David, misit satellites . . . Quod cum praescisset uxor sua Michol, filia Saul nocte deposuit] eum per fenestram; et sic evasit. Huic historie alludit | titulus, de qua tamen non agit psalmus, sed de significato. Dauid enim | Christum significat domus eius sepulcrum Christi Saul regnum Iu|deorum, qui miserunt costodire sepulcrum; sed non || videtur convenire, quod dicitur, scilicet, ut interficet eum. | Iam utique interfectus fuerat quando miserunt. Querebant autem | eum interficere non corporaliter, sed spiritualiter, idest, | nomen et famam extingere, ne crederetur in eum; quod tamen | efficere non valuerunt. Vivit enim rex super Iudeos et gen||tes. Hoc et Spiritus Sanctus per prophetam predicit hic. Et est sensus: Psalmus iste | tendens in finem, id est, in Christum, hoc agit ne tu Pilate | vel Iudee corrumpas vel disperdas Dauid in tituli inscri|ptione. Hoc idem supra dixerat in titulis alis. Frustra | vero temptat aliquis disperdere, quod totiens divina pro||hibet auctoritas. Cum autem Pilatus dixit: Quod scripsi scri|psi impletum est quod hic dicitur, scilicet ne corrumpas Dauid in tituli | inscriptione. Non ideo corrumpas 'Quando', id est, quia 'misit Saul', id est, re|gnum Iudeorum; 'et custodiuit domum eius', id est, sepulcrum Christi; 'ut | interficer[e]t eum', id est, nomen et famam eius tolleret, ne credere||tur in eum, a quibus frustratis hic liberatus ostenditur | et famam habere in omnibus gentibus. Et loquitur hic intiger | Christus, scilicet caput et corpus. Intentione monet ut nemo Christo con|tradicat. Modus: tripartitus est Psalmus. Primo orat liberari | ascendendo ab imis ad alta, orat etiam pro salute gentium. || Secundo affirmat salutem gentium, et orat salutem Iudeorum | ibi 'convertentur ad vesperam'. Tertio affirmatur | salus Iudeorum et utroque pariete collecto grates | aguntur ibi 'convertentur'. Totus itaque Christus quasi ab | inimicis obsessus clamat dicens: 'Eripe me de inimicis. || Eripe me de inimicis meis Deus | meus et ab insurgentibus | in me libera me. | Eripe me de operantibus iniqui|tatem et de uiris sanguinum salua me. || Quia ecce ceperunt animam meam.

25. Seguntinus (Siguenza, bybliothecae Capitularis) 150, olim ex libris Garciae Fernando (v. f. II^{v}), membrana duobus foliis constans antiqui codicis, binis columnis arabice et latine (litteris Visigothicis) alternis saeculo IX exarati. 367 × 262 mm., folium unicum, custodiae loco codici saeculi XIV praefixum, continet epist. ad Gal. I, 1—15; III, 6—24. — Quam exhibemus pars fol. II praebet Gal. III, 6—16. — Cf. DE BRUYNE-TISSERANT, Une feuille arabo-latine in Revue Biblique VII (1910), 321—343, ubi alterum eiusdem codicis specimen invenies; LOEW, Studia palaeographica l. c. p. 61. ¶ III, 6. Sicut Abraam credidit Deo et reputatum est ei ad | iustitiam. 7. Cognoscitis ergo, quia qui ex fide | sunt hii sunt filii Abrae. 8. Profidens autem scrip|tura quia ex fide iustificat gentes Deus pre||nuntiabit Habrae, quia benedicentur in te | omnes gentes. 9. Igitur qui ex fide sunt, benedicentur cum | fideli Abraam. 10. Quiquumque enim ex operibus legis sunt, | sub maledicto sunt. Scriptum est enim|: Maledictus omnis qui non permanserit in omnibus, que || scripta sunt in libro legis ut faciat ea|. 11. Quoniam autem in lege nemo iustificatur aput | Deum, manifestum est, quia iustus ex fide uibit. | 12. Lex autem non est ex fide, sed qui fecerit ea uibet | in illis. 13. Christus nos redemit de maledicto legis, || factus pro nobis maledictus, quia scriptum est: | Maledictus omnis qui pependit in lig[no], 14. ut in | gentibus benedictio Abraam fieret in Christo Iesu, ut | pollicitationem Spiritus accipiamus per fidem. 15. Fratres, | secundum hominem dico, tamen hominis confirma||tum testamentum nemo spernit aut super|ordinat. 16. Abrae dicte sunt promissiones.

26. Regin. 708, olim Iohannis Bourdelot (v. DELISLE, Cabinet des mss. I, 321; OMONT, Catalogue des mss. de Iean et Pierre Bourdelot in Revue des Bibliothèques I (1894), 81—103). Codici, quem complura Aimoini Floriacensis aliorumque (v. PERTZ' Archiv XII (1872), 304) opera complent, saeculo XIII litteris Gothicis conscripta, postea quattuor praefixa sunt folia saeculo XI litteris Visigothicis exarata, quae continent Sententiarum S. Isidori fragmenta. In fol. 3^{v}, quod exhibemus,

habes partem capitis XVIII (XIX) libri I (ed. MIGNE, PP. LL. LXXXIII, 577). Diligenter respiciendum compendium illud, quo singulae etiam minores textus particulae distinguuntur. In eo interpretando haeserunt EWALD-LOEWE (Exempla scripturae Visigothicae. Heidelbergae, 1883, p. 4, tab. 5), sed egregie illud more suo enarravit L. TRAUBE (Neues Archiv XXVII (1901), 270 ss.) atque 'Caput' intelligendum esse demonstravit. Illud nota §. indicamus. ¶ Sed cur futura, quasi praeterita scribuntur, nisi quia ea que adhuc] facienda sunt in opere, iam facta sunt in divina predesti|natione? Nobis igitur temporaliter accidunt, que a conditore | omnium sine tempore providentur. §. Propterea prof[h]etia | rerum futurarum gesta presentibus miscet rebus, ut ita credantur || illa futura, quemadmodum ista cernantur esse completa; | more enim suo per presentia de futuris loquitur, sicut in persona | Iherusalem de ęcclesia, et sicut in persona Efraym de hereticis. §. | Pro factis divinis pꝛerumque et dicta ponuntur; idcirco quia | non operatione manuum Deus, sed dicendi imperio operatur, || sicut scriptum est: Dixit et facta sunt, mandabit et | creata sunt. §. Quod in scripturis sanctis una bis repperitur | sententia, aut conformationis causa est aut misterii; | sicut lex et gratia, sicut initium et perfectio, sicut bonum et | melius. §. Lex divina in tribus distinguitur partibus, || id est in ystoria, in preceptis et in propheti(i)s. Ystoria est | in his que gesta sunt, precepta in his que iussa sunt, profetia | in his que futura pꝛo nuntiata sunt. §. Lex diuina triplici | sentienda est modo. Primo ut ystorice, secundo tropo|logice, tertio ut mistice intellegatur. Ystorice namque || iuxta litteram, tropologice iuxta moralem scientiam, | mistice iuxta spiritalem intellegentiam. Ergo sic ystorice | oportet fidem tenere ut eam et moraliter debeamus | interpretari et spiritaliter intelligere. §. Tria et septem | decem precepta sunt; sed tria ad amorem Dei pertinent || septem ad hominum dilectionem. Illa tria quę ad Deum per|tinent, in una tabula scripta fuerunt; reliqua septem [in secunda.

27. Palat. 212, post medium saec. VIII, a compluribus librariis exaratus, scripturam illam praebet, qua saeculo VIII/IX Germani utebantur. — Alia complura eiusdem scripturae specimina habebis apud LOEW-LIEBAERT, Scriptura latina minuscula antiquior. III. Scriptoria Germanica. — 243 × 172 mm., ff. 72. — Continet complura Patrum opera. In fol. 32, quod exhibemus, partem habes Homiliae IX b. Gregorii M. in Ezechielem (ed. MIGNE, PP. LL. LXXVI, 877, n. 15—17). Cf. REIFFERSCHEID l. c. pp. 227—228: STEVENSON l. c. pp. 41—43. ¶ Beatus ergo Iob inter linguas derogantium inflexa mente persistens], quia in terra se inpugnari falsis sermonibus vidit, caelo testem quesiuit. | Hinc Isaias ait: 'Populę meus, qui beatificant te, ipsi te decipiunt et | uiam gressuum ᵵuorum dissipant'. Qui uidelicet populus ne uerba sue | laudis adtenderet et in culpis altius periret, statim ei dicitur quem || aspiciat, cuius iudicium pertimescat, cum subditur: 'Stat ad iudicandum | Dominus, stat ad iudicandos populos'; ac si aperte diceretur: iudꝛcia huma|na cur sequeris, qui stare super te caelestem iudicem scis? 16. Hinc est quod Iohannem | Baptistam Veritas esse arundinem uento agitatam negat dicens: | 'Quid existis videre in deserto, arundinem uento agitatam'? Quod quia || negando dixerit, non adfirmando, subiuncta uerba testantur. Ait enim: | 'Sed quid existis videre in deserto hominem (mollibus) uestitum? Ecce qui mollibus | uestiuntur, in domibus regum sunt'. Arundo autem uento agitata, modo flatibus | erigitur, modo flatibus inclinatur. Omnis autem infirmus animus, qui uel derogatio|ne deicitur uel laudibus exaltatur, arundo uento agitata est; quod Iohannes || non erat, quia inflexibilem mentis uerticem inter laudes hominum et de|rogationes tenebat. 17. Sed magnam inquisitionem indiget res, cum | recti operis uiam tenemus, utrum semper despicere derogantium uerba de|beamus, an certe aliquando conpescere. De qua re sciendum est, quia linguas | detrahentium, sicut nostro studio non debemus excitare, ne ipsi pereant, ita per suam || malitiam excitatas, debemus aequanimiter tolerare, ut nobis meritum crescat; | aliquando autem etiam compescere, ne dum de nobis mala disseminant, eorum qui | audire nos ad bona poterant, corda innocentium corrumpant. Hinc est | etenim quod Iohannes obtrectatoris sui linguam redarguit dicens: 'Is qui | amat primatum gerere in eis Diotrepis non recipit nos; propter hoc, || si uenero et commoneam eius opera, quae facit, uerbis malignis garriens in nos.

28. Palat. 966, olim monasterii S. Nazarii Laureshamensis (Lorsch, v. Mon. Germ. SS. I, 21), conscriptus an. 791 (v. f. 60), exemplum praebet scripturae nationalis Germanicae (v. LOEW-LIEBAERT l. c. III. Scriptoria Germanica). Adiectae sunt notulae litteris Merovingicis. 265 × 170 mm., ff. 59. — Continet codex 1) ff. 1—53 Historiam Francorum, quam post alios edidit praesertim ex hoc codice KRUSCH, Mon. Germ. SS. Meroving. II, 215—228; 2) ff. 53ᵛ—59 Annales Nazarianos, quos habes apud PERTZ, Mon. Germ. SS. I, 21—44. — Quod exhibemus f. 53ᵛ principium praebet Annalium Nazarianorum v. apud PERTZ l. c. p. 23 ss. — Cf. PERTZ' Archiv V (1825), 106 s.; PERTZ, Mon. Germ. SS. I, 21—44; KRUSCH l. c. II, 227 s.; FALK, Bibliotheca Lauresham. p. 68. — Alteram eiusdem codicis imaginem habes apud PERTZ l. c. tab. 2. ¶ Anni ab incarnatione Domini. An. DCCVIII. Drogo mortuus. | An. DCCVIIII. durus et deficiens fructus et Gotofridus mortuus est. | An. DCCX. Pippinus perrexit in Alamaniam. || An. DCCXI. Aque inundauerunt ualde et mors Hildeberti. | An. DCCXII. Mers (l. mors) Heriberti regis Langobardorum. | An. DCCXIII. Mors Alflide et Halidulfi regis. | An. DCCXIIII. Pippinus defunctus est. | An.

DCCXV. Pugna Francorum et mors Dagoberti regis. || An. DCCXVI. Pugnauit Carolus contra Ratboth. | An. DCCXVII. Pugnauit Carolus contra Raghen|fredum in Uinciago in dominica die. | An. DCCXVIII. Uastauit Karlus Saxonia plaga magna. | An. DCCXVIIII. Occisio Francorum ad Suessionis ciui||tate et mors Ratboti. | An. DCCXX. Pugnauit Karlus contra Saxones. | An. DCCXXI. Eiecit Heudo Sarcinos de Equitania. | An. DCCXXII. Magna fertilitas et bella contra | Aquilonem. || An. DCCXXIII. Duo filii Drogoni ligati Arnol|dus et unus mortuus et Karlus | infirmatus. | An. DCCXXIIII. Leuauit [se Raginfridus] contra Carlo et Carlus perrexit ad Andegauis.

29. Palat. 1448, olim monasterii S. Martini Moguntini (v. f. 2), variis manibus variisque temporibus exaratus; prima pars, ut videtur, Treviris (v. f. 8). 295 × 200 mm., ff. 122. — Continet opusculorum de computo et ratione temporum collectionem, saec. XVI inscriptam: 'Ordo solaris anni'. — Quod exhibemus fol. 17 duo excerpta continet an. 810 conscripta (Migne, PP. LL. LXIX, 1250 et CXXIX, 1308—1309). — Cf. Bethmann in Pertz' Archiv XII (1872), 355; Reifferscheid l. c. I, 285—288; de huiusmodi collectionibus v. B. Krusch, Studien zur christlich-mittelalterlichen Chronologie. Leipzig, 1880, p. 195 ss. ¶ tertiae duo fiunt simul XCII, hos parture in septem, remanet una, ipsa est | dominica pascalis festi. Sic quamlibet diem a kalendis ianuarii usque | XXXI diem mensis decembrii quota fuerit inuenies conputando | ut et regularem unum et concurrentes dies et quae a ianuario || semper incipiunt pariter adsumas. Expliciunt argumenta paschalium titulorum. Incipit calculatio.

30. Regin. 95, olim monasterii S. Maximini Miciacensis (Micy, v. f. 229), circ. an. 850 in ipso Miciacensi monasterio variis manibus exaratus est iussu et partim opera (v. f. 229) Petri abbatis (846—859). 320 × 265 mm., ff. 229. — Continet S. Hilarii Pict. tractatum super Psalmos. — Quod exhibemus fol. 214^{v} partem continet commentarii in Ps. CXLIII (ed. Migne, PP. LL. IX, 852—853). — Cf. Reifferscheid l. c. I, 369; Arnauldet in Bull. Soc. Antiquaires de France (1904) 220—227. ¶ homo ipse decem quibusdam chordis manibus ac pedibus extentus perfectus] spiritalium operum suorum gestu motuque sic psallet, ut cantionem hanc nouam | cantet: 'Qui das salutem regibus', regibus quibus dictum est: 'Uenite benedicti | Patris mei, possidete praeparatum uobis regnum a constitutione mundi', qui nobi|les ligabunt, qui reges manicis et conpedibus constringent, qui iudicabunt || arguent uindicabunt.

31. Vatic. 5775, olim monasterii S. Columbani de Bobio (v. f. 2^{v}), scriptus an. 862 (v. f. 2^{v}) Terdonae (Tortona) iussu episcopi Teudulfi (v. f. 2^{v}), exemplum praebet scripturae minusculae Carolinae, qua utebantur librarii Italiae septentrionalis. 347 × 270 mm., ff. 156. Claudii Taurinensis Commentaria in epistulas ad Corinth. — Quod exhibemus fol. 2^{v} partem epistulae Teudulfi episcopi Terdonensis continet, qua librum nostrum S. Columbano de Bobio offert (ed. Mai, Veterum scriptorum nova collectio. Romae, VII (1833), 276; E. Dümmler in Neues Archiv V (1879), 429; id. Mon. Germ. Epist. aevi Karol. II, 588). Cf. N. Antonius, Bibliotheca Hispana vetus. Matriti, I (1788), 460; Mai l. c. VII, 274; idem, Spicilegium Romanum. Romae, IX (1843), 108; Migne, PP. LL. CIV, 834. 911; Bethmann in Pertz' Archiv XII (1872), 252; T. Gottlieb in Centralbl. f. Bibl.-Wesen IV (1887), 453; O. Seebass l. c. XIII (1896), 9—10. ¶ Ego in Dei omnipotentis nomine Teudulfus sanctae Terdonensis ecclesiae | indignus episcopus sedula mecum cogita|tione pertractans dominicum praeceptum, | quo dicit: 'Uigilate itaque, quia nescitis diem neque horam', utile iudicaui, | ut quicquid mihi bona uoluntas suggesserit secundum propriarum uirium pos|sibilitatem adimplere debeam.

32. Vatic. 1570, olim monasterii Flaviniacensis (Flavigny dioc. Augustodun.—Autun), circa annum 900 exaratus, absolutus est Flaviniaci in monasterio S. Petri a Rahingo monacho, cuius scripturae specimen exhibemus. Cf. de Rahingo Delisle in Mélanges d'Archéol. et d'Hist. VI (1886), 239—250 et tab. 5. 390 × 310 mm., ff. 154. — Continet codex Vergilii opera et partem commentariorum Servi Grammatici. — Imago parumper contracta (383 × 201 mm.) folii 154 verba praebet, quibus Rahingus despondet librum Deo et S. Petro, edita a Dümmler in Neues Archiv V (1897), 431 et a Delisle l. c. p. 245. ¶ Inenarrabili alacritate preuentus, ego Rahingus, monachus ex Flauiniaco monasterio leuitaque simul | exigente omnium utilitate fratrum publica, rei dum fungerer officio, malui colligendorum librorum | studio mancipari quam otio desipiscens torpere ignauie, simulque aliis meam prodere insitiam, ut, quando | forinsecus actio carnalium siue labilium augebatur curarum, multo magis intrinsecus spiritalium semperque || mansurarum aucmentaretur

prouidentia rerum. Et quoniam inopiam quorundam absentium uoluminum previdebam | adfuturam pene deficientibus scriptoribus, qui se huic operi cum sedulitate intermiscere vellent|, tum ego adhibita omni celeritate mearum uirium percontatus sum memet huiusmodi intersere . . .

33. Palat. 495, olim monasterii s. Nazarii Laureshamensis, in hoc ipso monasterio est exaratus (v. s. 4^{v}) post an. 978 (v. f. 280^{v}) et ante an. 993 (v. f. 4^{v}). 250×175 mm.; ff. XIX + 289. Continet Sacramentarium, cui breves adiuncti sunt Annales (ff. 279_{v}—80: ab an. 931 ad an. 978), quos ex hoc codice partim edidit L. Bethmann in Mon. Germ. SS. XVII, 33. — Quod exhibemus fol. 55^{v} continet benedictionem fontis in Sabbato Sancto. — Cf. Bethmann l. c.; id. in Pertz' Archiv XII (1872), 337; Stevenson l. c. p. 166; Delisle, Mém. sur d'anciens sacramentaires, pp. 238—40; Ebner, Iter Italic. pp. 247. 248; Ehrensberger l. c. pp. 401—2; Falk l. c. p. 64; Catalogo della esposizione Gregor. p. 23.

34. Regin. 12, scriptus et imaginibus ornatus est pro monasterio S. Edmundi (Bury St. Edmunds, v. Kalendarium codici praefixum passim, cf. Montague Rhodes James, on the Abbey of S. Edmund at Bury in Cambridge Antiquarian Soc. 8^{0} public. n. 28) an. 1019 aut 1020 in scriptorio Wintoniensi (Winchester), vel alio ipsi cognato cum et scripturae et imaginum conformatio omnino cum aliis codicibus Wintoniensibus consentiat; cf. Palaeogr. Society, pro scriptura I, tab 142—144; I, tab. 46. 47; pro imaginibus I, tab. 144; II, tab. 16. 17 et Indices to facsimiles of mss. and inscriptions, Series I. II. London, 1901, p. 63. 325×242 mm., ff. 182. — Codex continet Psalterium, folium 41^{v} vero, quod exhibemus, fere totum Ps. 29, 6—13. ¶ 6. Ad uesperam demorabitur fletus] et ad matutinum letitia. | 7. Ego autem dixi in habundantia mea: | non movebor in aeternum. | 8. Domine in uoluntate tua || praestitisti decori meo uirtutem. | Auertisti faciem tuam a me | et factus sum conturbatus. | 9. Ad te Domine clamabo | et ad Deum meum deprecabor. || 10. Quae utilitas in sanguine meo, | dum descendo in corruptionem. | Numquid confitebitur tibi puluis | aut annuntiabit ueritatem tuam. | 11. Audiuit Dominus et misertus est mei, || Dominus factus est adiutor meus. | 12. Conuertisti planctum meum in gaudium mihi, | conscidisti saccum meum et circumdedisti | me laetitia. | 13 Ut cantet tibi gloria mea et non conpungar, || Domine Deus meus, in aeternum confitebor tibi. | — XXX. In finem Psalmus Dauid. Uox | Christi positi in cruce. | — 1. In te Domine speraui non confundar in aeternum.

35. Vatic. 3833, olim basilicae Apostolorum de Urbe (v. f. 144). Codex, deleto, quod prius in membranis exaratum erat, Evangelistario, inter annos 1099 et 1118 rescriptus est (v. f. 8). — 246×193 mm., ff. 144. — Continet canonum collectionem cardinalis Deusdedit († ante 14 Apr. 1100), quam post Martinucci egregie edidit V. Wollf von Glanvell, Die Kanonensammlung des Kard. Deusdedit. Paderborn, 1905; cf. H. Stevenson in Archivio stor. della Soc. Rom. VIII (1885), 305 ss.; H. Steinacker in Mitteilungen des Instit. f. österreich. Gesch.-Forsch. Ergänzungsbd. VI (1901), 113 ss. — Quod exhibemus fol. 31^{v} continet lib. I, c. 159—162, ed. Glanvell p. 102 ss.: particulam cuiusdam epistulae Nicolai papae I datae mense novembr. 865. ¶ Presumpsit enim excommunicationem dictare aduersum sanctissimum et beatissimum archiepiscopum Ro]manę R. [l. ecclesie] Leonem. Numquid ibi legitur inquisitionem fuisse factam, utrum iuste an iniuste Dio|scorus ipsam excommunicationem dictasset? Non plane; set quasi (absque) omni controuersia hoc in eo ulti sunt, quia cum esset | inferior, potiorem quibuslibet conatus est lacessere iniuriis. Teste Anatholio Constantinopolitano | presule, qui dicit: Propter fidem non est dampnatus Dioscorus, set quia excommunicationem fecit domino archiepiscopo Leoni. || — Item in eadem. Quomodo non egeat quęlibet synodus Romana sede (aut: Romanę sedis), quando in Ephesino latrocinio cunctis pręsulibus | et ipsis pręsulibus quoque patriarchis prolabentibus nisi magnus Leo imitator scilicet illius Leonis, | de quo scriptum est: 'Uicit leo de tribu Iuda', diuinus excitatus, os aperiens, totum orbem et ipsum quoque augustum | concuteret et ad pietatem commoueret, religio catholica penitus corrueret [prius: concurrueret]? — CXXX. | (Nota). Nycolaus episcopus, seruus seruorum Dei, dilecto filio Michaheli glorioso imperatori Grecorum. Oportet || uestrum imperiale decus, quod in omnibus ecclesiasticis utilitatibus uigere audiuimus, ut antiquum | morem, quem nostra ecclesia habuit, uestris temporibus restaurare dignemini, quatenus uicem, quam nostra sedes | per episcopos uestris in partibus constitutos habuit, uidelicet Thessalonicensem, qui R[omane] sedis uicem per Epy|rum ueterem Epyrumque nouum atque Illiricum, Macedoniam, Thessaliam, Achaiam, Daciam ripen|sem, Daciam mediterraneam, Mysiam, Dardaniam et Preballim beato Petro, apostolorum principi, contradicere || nullus presumat. Quę antecessorum nostrorum temporibus, scilicet Damasi, Siricii, Innocentii, Boni|fatii, Celestini, Xisti, Leonis, Hylarii, Simplicii, Felicis atque Hormisde, sanctorum ponti|ficum, dispositionibus agebatur. Quorum denique institutionibus ab eis illis in partibus destinatas | per nostros missos, ut rei ueritatem

cognoscere queatis, uestrę augustali potentię dirigere curauimus. | Preterea Calabritanum patrimonium Syculumque, quę nostrę ęcclesię concessa fuerunt et ea, quę ad possidenda || optinuit et disponendum per suos familiares regere studuit, nostris concessionibus reddantur. | Quoniam irrationabile est, ut ecclesiastica possessio, unde luminaria et concinnationes ęcclesię Dei fieri | debent, terrena quaminus potestate subtrahantur, set domui Dei restituta meritum redditoris | multiplicent, et suscipientes uotum spiritualis desiderii lucris exerceatur. Inter ista et superius | dicta uolumus, ut consecratio Siracusano archiepiscopo nostra a sede impendatur, ut traditio ab || apostolis instituta nullatenus uestris temporibus uioletur. — CXXXI. | Verum et inter beatos apostolos, sicut et prius sanctus papa Iulius et postea ille magnus et sanctus Leo describit | 'in similitudine honoris fuit quędam discretio potestatis. Et cum omnium par esset electio, | uni tamen datum est, ut cęteris premineret. De qua forma episcoporum quoque est orta distinctio et magna or|dinatione prouisum est, ne omnes sibi omnia uendicarent; set essent in singulis prouinciis singuli, quorum || inter fratres habetur prima sent[ent]ia. Et rursus quidam in maioribus urbibus constituti sollicitudinem eius | susciperent ampliorem, per quos ad unam Petri sedem uniuersalis ęcclesię cura confluereet et nichil usquam a suo | capite dissideret'. Quod si quidam ex uobis ullo interiori comprehendissent obtuitu, nunquam Rothar|dum episcopum Suessionice urbis sine consensu nostro deponerent, depredarentur, et in exilium pulsum | monasteriali custodia manciparent. Et infra. Quid, rogo, de presbiteris et de inferioris || gradus clericis ageretur, quorum apud nos quoque causa a Chalcedonensis concilii regulis, cum ratio exigit, | audiri iubetur, si episcopos tanta facilitate deponitis? Et infra. An sedes apostolica caput non est? | Frustra ergo, ut multa preteream, concilium Sardicense ad Iulium papam scribens inter cetera dixit: 'Optimum | et ualde congruentissimum esse uidetur, si ad caput, idest ad beati Petri sedem, de singulis quibusque | prouinciis domini referant sacerdotes'. At contra adeo hanc despicitis, ud ad ea[m] nihil de maioribus | [ęcclesię negotiis referre curetis. Et cetera.

36. Palat. 199, scriptus in civitate aut in dioecesi Rotomagensi paullo post an. 1110. Continet S. Augustini ll. 22 de Civitate Dei, quibus in folio 94 ex parte vacuo, saeculis XII/XIV insertus est catalogus metricus episcoporum Rotomagensium (v. E. P. Sauvage in Analecta Bollandiana VIII (1889), 411 ss. 424; Delisle in Histoire litteraire de France XXIX (1885), 416; Ordericus Vitalis, Historia ecclesiastica l. 5, c. 9 ed. A. Le Prevost in Soc. de l'hist. de France II, 335—376). Postremae partes paulatim aliae ab aliis librariis adiunctae sunt. Exhibemus hic in fol. 94^{v} postremam huius catalogi partem, v. in ed. Prevost l. c. pp. 340 ss. 367 ss. 361 × 260 mm., ff. 262. ¶ 22. Insignis Grippo successit in ordine sancto,] Actibus egregius meritis pastor uenerandus. | 23. Iustus et insignis Ranilandus in ordine fulsit, | Compaciens cunctis meritisque refertus opimis. | 24. Prefuit in populo Domini uenerabilis Hugo, || Et tribuit sancte subiectis dogmata uite. | 25. Sedem Robertus digne pastoris adeptus, | Viribus enituit sanctis, iuste quoque uixit. | 26. Grimo deuotus pastor, pius, inclitus actu, | Suscipit ecclesiam diuino iure regendam. || 27. Culmine pastoris nituit Rainfridus in omni, | Actu magnificus constructor pontificatus. | . . . | 47. Catholico more Gaufridus functus honore, | Ecclesie multa bona contulit intus et extra. || 48. Huic successit amor plebis tremor Hugo potentum, | Clarus auis, clarus studiis, recreator egentum. | 49. Presul Rotroldus sequitur sanctos pietate, | Prefulgens generis et nobilis nobilitate. | 50. Hunc sequitur dignus Walterus Lincoliensi, || Rothomagi summus factus de presule presul. | 51. Robertus presul noster cognomine Pullus, (1208—1221) | Soluitur hinc uere subeundus pascua uite. | 52. Iusticie vexit vexillum presul et ensem, | Mauricius (1231—1235) pater eggregius populum bene rexit || Propicius fuit atque pius sine crimine vixit. | 53. Mortis de nodo denodatus pater Odo (1248—1275), | Regnat cum Christo, mondo priuatus ab isto. | 54. Virtutum norma, morum persplendida forma; linea iustitie, patrie decus, archa sophie, | Splendor in expensis Guillelmus (1278—1306), presul Rothomagensis; hic iacet, arca caua capit hunc, quem curia flaua (Guil. de Flavacourt), || Protulit, eternam requiem patriamque supernam; Det Deus huic hodie meritis precibusque Marie. | — Postea Bernardus (de Fargis, 1306). Deinde Egidius (1311—1318). Item Guillelmus (1319—1330).

37. Palat. 49, olim fortasse ecclesiae S. Iacobi Bambergensis, scriptus est an. 1131 et 1132. In folio enim primo Evangelistarii, quod continet, conscripta sunt iis, quos diximus, annis, procul dubio Bambergae, a duobus librariis dona quaedam oblata ecclesiae S. Iacobi, quam paullo ante S. Otto, Bambergensis episcopus restituerat. Habes hanc donorum recensionem typis editam in Schweitzer, Das Gründungsbuch des Collegiatstiftes St. Jacob in 21. Bericht des historischen Vereins von Bamberg, p. 14 ss. Cf. J. Loshorn, Geschichte des Bisthums Bamberg. München, II (1888), 60 s. 315 × 237 mm., ff. 147. ¶ Laici Rŏdolf, Wecel, Ermperht, Tiemar, Friderich pater eiusdem Engilberti. | Acta sunt hęc anno Domini MCXXXI, indictione VIIII, nonis iunii, feria VI, sub episcopo | Ottone et preposito Eberhardo. | — Notum sit omnibus Christi fidelibus, quod Hiltegart de Erhenbach delegauit propriam || ancillam suam Adalhaidam filiam Waltmanni ad altare sancti Iacobi | IIII nonas augusti, anno Domini MCXXXI, indictione VIIII, sub episcopo Ottone, | preposito Eberhardo, cuius rei testes sunt canonici prępositus Eberhardus | Regil, Beceli, Heinric, Heimo, Berker, Kŏnrat Ratisponensis, | laici Rŏdolf, Wecel, Poppo frater Hildegardę, Waltman pater puellę, || Diethere de

Medemesdorf, Poppo. — Notum sit omnibus Christi fidelibus, quod dominus Gebehardus de Staine proprios famulos | suos Wigbertum et sororem eius Hailicam cum filio suo Sigefrido tradidit ad | (ad) altare sancti Iacobi ea conditione, ut habeat ius ministerialium eiusdem | ecclesię . . .

38. Regestum Vatic. 6, singulari cura in tabulario pontificio semper adservatum, litteris Gothicis in Romana curia inter annos 1198 – 1216 exaratum est. 369 × 254 mm., ff. 44. — Continet Innocentii III regestum de negotio Romani imperii, pluries editum, videsis in Migne PP. LL. CCXVI, 995—1174. In fol. 3, quod exhibemus, habes epistulas VI—X (Migne l. c. c. 1003. Cf. W. Peitz in SBer. der philos.-hist. Kl. der Wiener Akademie CLXV (1911), n. 5, pp. 168 88. 202. 331; Denifle in Archiv f. Lit.- u. Kirchengesch. II (1886), 21, 60, 75; Kaltenbrunner in Mitteil. d. Instituts f. Österr. Geschichtsforsch. Römische Studien I, 277; E. Tuček in Quellenstudien aus d. histor. Seminar der Univ. Innsbruck II (1910), 1 – 78. — Alia specimina habes in Peitz l. c. tab. 7. 8; Denifle, Specimina palaeographica Regestorum Pont. Rom. Romae, 1888, tab. 8, f. 43. ¶ Littera Ioannis Ruxce Mediolanensis potestatis. . . .] intendens iugiter perseuerauit, sic benigne eos legatos et ipsorum uota ita exaudiatis, quod debite ad consecrationem | sacri imperii ipsum sine prorogatione connocetis, ut pro exauditis precibus, que locundum fuerint sortite euentum innumera|biles gratiarum actiones obnoxii teneamur perpetuo uestre sanctitati exhibere. Insuper dominus Monachus de Villa, nostre urbis | magnus et nobilis civis, qui est vir prouidus et circumspectus, pro hoc facto ad uestram properat accedere clementiam || cum eisdem uiris prudentibus. Quicquid super hiis ex parte nostra uestre exposuerit benignitati, eidem indubitanter fidem | adhibeatis. — Littere Balduini comitis Flandrie, Haynonie et marchionis Namurcie. | Sanctissimo patri ac domino I[nnocentio] sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici Balduinus comes Flandrie, Haynoniae et marchio Na|murcie, salutem et promptum cum omni deuotione tamulatum. Post obitum Henrici imperatoris nos una cum principibus | imperii, ad quos de iure spectat electio, de eligendo rege se|pius tractauimus. Post uarios tandem affectus, sicut || Domino placuit, in serenissimum dominum nostrum regem Ottonem, nobis et ecclesie Romane deuotissimum, uota nostra celeberrime con|currerunt, qui postmodum in sede Augustorum Aquisgrani coronationis ac consecrationis plenitudinem per manum | Coloniensis archiepiscopi, cuius hoc interest, cum omni qua decuit sollempnitate meruit optinere. Nos igitur dicti regis | electionem, quam quidem iuste factam esse non dubitamus, ratam habentes, terras nostras, quas de imperio tenemus, a manu | sua recipientes, facto hominio illi fidelitatem iurauimus. Sanctitati ergo uestre, Pater reuerende, omni qua possumus || affectione supplicamus, quatinus rationabilem ipsius electionem, coronationem [atque?] ac consecrationem ratam habere uolentes | eam confirmare atque ipsum regem ad imperii consecrationem uocare paterna pietate dignemini, ut ad ob|sequium uestrum et ecclesie Romane imperpetuum amplius inuitemur et arctius obligemur. — Littere A. comitis de Dasburg et Metensis. | Sanctissimo domino et patri I[nnocentio] sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici et venerabilibus dominis vniuersis cardinalibus A. | comes de Dasburg et Metensis debitam reuerentiam et paratum in omnibus obsequium. Cum fuisset rebus humanis || Henricus imperator exemptus, nos et alii principes dominum Ottonem, quondam Henrici ducis Saxonie, in regem Roma|norum elegimus et ipsum ea, qua decuit sollempnitate per dominum Adolfum Coloniensem archiepiscopum apud Aquisgranum | consecratum in sede regia, sicut a Karolo constitutum erat, locauimus. Rogamus ergo sanctitatem uestram, ut habita | consideratione ad miserias et oppressiones, quas per nouissimos imperatores Fredericum et Henricum filium eius | sustinuimus, electionem domini nostri regis Ottonis confirmare et ad imperialem consecrationem uocare dignemi||ni et partem aduersam a fidelitate, quam duci Sueuie fecerunt, absoluatis et per censuram ecclesia|sticam nostre electioni consentire compellatis. — Littere Coloniensis archiepiscopi. | Sanctissimo patri ac domino I[nnocentio] sacrosancte Romane sedis summo pontifici A[dolphus] Dei gratia sancte Colon|ensis ecclesie minister humilis, deuotum obsequium et orationes in Domino. Post obitum Henrici | imperatoris nos una cum aliis principibus de substituendo rege sepius tractantes, quid sancte || Romane ecclesie expediret subditisque imperii, qualiter quoque priorum imperatorum oppressiones | euitare possemus, sollicite deliberauimus. Protendimus igitur animos nostros ad diuersos imperii prin|cipes, et, sicut Domino placuit, serenissimum dominum Ottonem Henrici ducis Saxonie filium | in Romanorum regem rationabiliter elegimus. Postmodum vero in augustorum sede Aquis|grani locauimus, et, sicut debuimus, ea qua decuit sollempnitate consecrauimus ac corona||uimus. Ipse uero dominus rex in timore Dei et reuerentia sancte ecclesie omnia iura Romane ecclesie | aliarumque ecclesiarum bona fide conseruare ac manutenere iurauit, nobis etiam aliisque episcopis | prauam illam consuetudinem aliorum imperatorum, qui decedentibus episcopis et abbatibus principi|bus in mobilibus rebus ac eque mouentibus, succedebant, liberaliter remisit. Paternitatem | igitur uestram attente rogamus, quatinus rationabile factum nostrum aliorumque principum, || qui de iure eligere debent, attendentes, merita quoque domini nostri regis patris ac fratris | sui palatini, regis quoque Anglie nunculi sui, qui a seruitio et unitate ecclesie nunquam | separati fuerunt, considerantes iniurias quoque ducis Sueuie patris ac fratris eius, non dis|simulantes magnos et honorabiles uiros, quos ipse ac principes de communi consilio ad | pedes sanctitatis uestre transmittunt, benigne recipiatis ac benignius remittatis, et ra||tionabilem ipsius electionem, consecrationem ac coronationem confirmetis, et ad imperii con|secrationem uocetis, nostros quoque aduersarios et ecclesie a fidelitate duci Sueuiae prestita | absoluatis et nostro regi obedire ecclesiastica censura compellatis. Nos etiam pro patrimo|nio ecclesie Romane dimittendo hac conservando pro ipso domino rege spondemus atque | fideiubemus. — Littere principum et baronum Alamannie clericorum et laicorum. || Sanctissimo patri ac domino I[nnocentio] sacrosancte Romane sedis summo pontifici, principes et barones | Alamannie clerici et laici, debitam in Christo reuerentiam et sinceritatem obsequii. Cum . . .

39. Regin. 711, olim monasterii S. Albini Andegavensis (Saint-Aubin d'Angers, v. f. 1), postea bybliothecae Petavianae (Petau, v. DELISLE, Cabinet des mss. I, 287 ss.). Codex, complurib̃ constitutus fragmentis; ff. 1—36 (263 × 191 mm.) continet 'chronicas S. Albini Andegavenses', litteris Gothicis saeculo XII exeunte in Gallia exaratas. Fol. 36ᵛ, quod exhibemus, scriptum videtur an. 1206 (v. ff. 37, 1, 1ᵛ). Partem in eo contentam habes editam in Recueil des historiens des Gaules XVIII, 325.

¶ [Anno MCCII orta est guerra inter regem Francorum et regem Anglorum eo quod rex Francie filiam suam dederat Arturo, rege Angle inconsulto. Accepta autem filia, idem Arturus accessit ad Mirabellum], Francorum, Britonum, Pictaviensium multitudine comitatus, ubi in die beati Petri, que dicitur ad | Vincula, captus fuit cum pluribus baronibus, qui cum eo uenerant. Et exinde Willelmus de Rupibus, Andegauensis senescallus, | Francorum, Britonum, Pictauorum, Andegauensium baronibus comitatus, accepta contra regem Anglie guerra, die mercurii | ante festum Omnium Sanctorum cepit ciuitatem Andegauensem et eam munuit. Die autem mercurii ante Purificationem ‖ beate Marie accessit Robertus de Turneham ad eamdem ciuitatem, et, ea miserabiliter depredata et in parte combusta, | recessit. | — [Anno] M.CC.III, in festo Paschali feria II adueniente Willelmo de Rupibus, senescallo Andegauensi, | cum exercitu suo, Beaufordum sine conflictu ei reddita est. Denuo infra dies XV Philippus rex Francorum na|tigio adductus Saumur sue ditioni subiugauit. In eodem etiam mense apud Castrum Nouum conuenit exercitus Picta|uensis et Andegauensis comitantibus Britannibus et inito conflictu, et defendentibus se aliis, obtinere non poterant: sed de‖inde deficiente regis Anglie auxilio et consilio, ciues eiusdem castri sese pacifice contradiderunt. Et Willelmus sene|scallus, ex indignatione turrim et muros solotenus prostrauit. Deinde de die in diem multiplicata est | miseria in regionibus Cenomannie, Pictavie et Andegavie et Britannie, ita ut ullis et castris et op|pidis depredatis et combustis nulli etati aut conditioni parceretur. Ingruente igitur hinterim seditionis procella | rex Anglorum de suis spem bonam reportans, quibus tutelam Normannie commiserat, instante aduentu Domini, ‖ in Angliam transfretauit, ut, iterum reparato exercitu, fortior et securior rediret. (Hoc anno, Willelmus de Bellomonte in crastino sancti Martini consecratus est episcopus.) Interim autem Alieno|ra, quondam Anglorum regina et regis mater, apud Pictauim in fata recessit, de cuius morte rex uehementissime | contristatus, magis sibi timuit, et in Normanniam redire ultra quam satis distulit. Audiens itaque rex Fran|corum regis Anglie discessum, in Normanniam cum omni exercitu suo se ingessit, et combustis et capti|uatis undique oppidis et populis, ad Falesiam deuenit, quam sibi sine difficultate prelii subiugauit. In‖terim a Britonibus Mons Sancti Michaelis cum ipsa abbatia igne imposito deuastatur. Nec mora, | Rothomagus et Vernuel sese ultro dederunt; et sic tota Normannia ditioni regis Francorum per se|ductiones manifeste succubuit. Videns itaque rex Francorum sibi prospere apud Normanniam suc|ce|ssi|sse apud Chinon exercitum congregauit, et habito inaudito conflictu, vix tandem castellum de Passeth | obtinuit, et inde recedens, Willelmum de Rupibus cum exercitu Pictauorum et Andegauensium et Francorum ad oppidum obsi‖dendum reliquit et apud Loches sese recepit, et pace seductoria obtinuit. Cum autem videret rex Francorum, | quod ibi memoria digni qui erant intra castrum Chynon nullo conflictu, vel prece, vel pretio, vel promissis Willelmo | de Rupibus se redderent apud Chinon se contulit et omnem exercitum suum u[n]dequaque secum aduocauit et prepara|tis machinis et diuersis et inauditis, oppida de Chinon cepit impugnare. Cumque illi, qui infra menia | erant nequaquam per longa tempora resistere posse uiderent, quicquid uictualium habebant cum armis et equis igni ‖ combuxerunt et muros ultro super hostes prostrauerunt, et exeuntes usque ad mortis discrimen uiriliter dimica|uerunt. . . — ‖ [Anno] M.CC.VI. Uenit rex Francorum apud Brachesac in die Ascensionis et in crastino recedens castrum de Bra|chesac subuerti precepit. Crastino igitur Ascensionis die Andegauim ueniens, cum summo honore ab | episcopis, abbatibus, clero et populo suscipitur, et ibi pernoctans, Nannetum expetiit; in cuius aduentu ciues | congratulati claues ciuitatis obtulerunt, et sese eius dominio subdiderunt. Audiens itaque rex Francorum, | quod rex Anglorum in Normanniam transmeare disponeret, die Pentecostes a Nanneto recessit et portus et op‖pida et munitiones Normannie ade militari premunuit. Porro rex Anglorum consilio et mandato u|xoremitis de Touar et quorumdam baronum Pictauensium, apud Rochele, innumero comitatus exercitu, appli|cuit et oppidum de Bore cum ciuitate ipsa sibi subiugauit et per mediam Pictauiam iter arripiens, cum ad ad | fluuium Ligerim peruenisset, nullum nauigium transmeandi inuenit. Die igitur mercurii que Natiuitatem beate | Marie processit diuino fretus auxilio, quod etiam dictu mirabile et nostris inauditum temporibus, ueniens ad portum.

40. Urbin. 206, scriptura Gothica, plenissima compendiis apud philosophos usitatis, exaratus est in Anglia (v. f. 366) an. 1253 (v. ff. 103ᵛ, 257ᵛ). 317 × 220 mm., ff. 371. — Continet 'libros naturales' Aristotelis iuxta versionem graeco-latinam antiquam (v. A. JOURDAIN, Les traductions d'Aristote². Paris, 1843, p. 406) cum commentario S. Thomae de Aquino. Cf. STORNAIOLO, Codd. Urbin. lat. I, 197; S. Thomae Aq. Opera omnia. Romae, II (1884), p. IX. — In parte fol. 32, quam exhibemus, habes Physicorum lib. III, cap. 7 (in ed. cit., Romae, II (1884) 124 s.). ¶ *lin. 6* Rationabiliter [id est logice] [s]pecular[tibus ex huiusmodi [rationibus communibus dicendis] videbitur [aliquod corpus sensibile] non utique infinitum esse. Si enim | corporis ratio [id est diffinitio] est, quod planitie [id est superficie] determinatum est, non utique erit | corpus infinitum neque sensibile [id est phisicum] neque intelligibile [id est matematicum]. At | uero neque numerus est sic [id est infinitum] sicut xperatus et infinitus; nu|merabile² enim numerus est aut [pro et] habens numerum [est pertransibile]. Si

ergo | numerabile contingit numerari et transire [si ponatur quod numerus sit infinitus], utique erit | possibile infinitum. Phisice autem magis[3] considerandum [vel (consider)ant vel (consideranti)bus] | ex hiis [dicendis]; neque enim compositum [corpus sensibile] possibile est esse infinitum neque || simplex. Corpus igitur non erit compositum infinitum, si | finita sunt elementa magnitudine [vel mul(t)itudi(n)e, id est numero et specie]. Necesse est enim plura | esse [id est manere in composito] et equalia[4] semper contraria esse et non esse unum eorum [infinitum] || — *Glossae in marginibus:* 1) Commentator (Averroes, v. Aristotelis Opera omnia cum Averrois commentariis. Venetiis, 1550, IV, 48v): 'Omne corpus est figuratum et omne figuratum aut est rotundum aut non, ergo...— 2) Alia translatio: numerus enim et illud cuius est numerus est numeratum. — Commentator (l. c. f. 48v): 'et forte ista propositio est de genere propositionum notarum per se, scilicet quod omnis numerus est numeratus et omne numeratum in potentia, cum fuerit in actu, possibile est ut sit numeratum in actu; sed ista propositio est communis, non essentialis'. — 3) Quia rationes dicende sumuntur a propriis differentiis corporis phisici. — 4) Et non est hoc intelligendum de omnimoda equalitate, sed de illa, que in corruptione intentionum ipsorum contrariorum et sic non wult quod miscibilia sint in mixto secundum omnimodam equalitatem. || .... || *Enarratio S. Thomae:* Rationabiliter posuerunt quidem igitur et cetera. Postquam Philosophus remo||uit opinionem antiquorum, qui de infinito non naturaliter opinabantur, hic ostendit, non esse infinitum, sicut philosophi naturales pone|bant. Et primo hoc ostendit per rationes logicas, secundo per rationes naturales ibi. Phisice autem magis et cetera. Dicuntur autem prime rationes logice, | non quia ex terminis logicis logice procedant, sed quia modo logico procedunt, scilicet ex communibus et probabilibus, quod est proprium sillogismi di|aletici. Ponit ergo duas logicas rationes, quarum prima ostenditur, quod non sit aliquod corpus infinitum. Diffinitio enim corporis est, quod sit | determinatum planitie id est superficie, sicut diffinitio linee est, quod eius termini sint puncta. Nullum autem corpus determinatum superficie || est infinitum; ergo nullum corpus est infinitum, neque sensibile, quod est corpus naturale; neque intelligibile, quod est corpus mathematicum. Quod ergo | dicit 'rationabiliter', exponendum est logice; nam logica dicitur rationalis philosophia. Secunda ratio ostendit, quod non sit infinitum multitudine. Omne numerabile | contingit numerari et per consequens numerando transiri. Omnis autem numerus et omne quod habet numerum, est numerabile. Ergo omne huiusmodi contingit | transiri. Si igitur aliquis numerus, siue separatus siue in sensibilibus existens, sit infinitus, sequitur quod possibile sit transire infinitum, quod est || impossibile. Attendendum autem, quod iste rationes probabiles sunt procedentes ex hiis, que communiter dicuntur, non autem ex necessitate concludunt; | quia qui poneret aliquod corpus esse infinitum, non concederet, quod de ratione corporis esset, terminari superficie, nisi forte secundum potentiam, quamuis || hoc sit probabile et famosum. Similiter qui diceret, aliquam multitudinem esse infinitam, non diceret eam esse numerum uel numerum habere. | Addit enim numerus supra multitudinem rationem mensurationis; est enim numerus multitudo mensurata per unum, ut dicitur in X° Metaphisicorum; | et propter hoc numerus ponitur species quantitatis discrete, non autem multitudo, sed est de transcendentibus. — Deinde cum dicit: Phisice | autem magis et cetera, inducit rationes naturales ad ostendendum, quod non sit corpus infinitum in actu. Circa quas considerandum est, quod | Aristoteles non probauerat, corpus celeste esse alterius essentie a quattuor elementis, opinio autem communis suo tempore fuerat, quod esset || de natura quattuor elementorum: procedit in hiis rationibus, ac si non esset aliud corpus sensibile extra quattuor elementa et [l. secundum] suam consue|tudinem; quia semper antequam probet id, quod est sue opinionis, procedit ex suppositione opinionis aliorum communis. Unde, postquam probauit | in libro de Celo et Mundo, [celum] est alterius nature ab elementis, ad veritatis certitudinem iterat consideracionem de infinito, ostendens | universaliter, quod nullum corpus sensibile est infinitum. Hic autem primo ostendit, quod non sit corpus sensibile infinitum, supposito quod sint elementa [in]finita | multitudine; secundo ostendit idem universaliter ibi. — Oportet autem et de omni et cetera. Dicit ergo primo, quod procedendo naturaliter, id est ex principiis scientie naturalis, || magis et certius considerari poterit, quod non sit corpus sensibile infinitum ex hiis que dicentur. Omne enim corpus sensibile aut | est simplex, aut compositum. Primo ergo ostendit, quod non sit corpus compositum infinitum, supposito quod sint elementa finita secundum multitudinem; non enim | potest esse quod unum ipsorum sit infinitum et alia finita, quia ad compositionem alicuius corporis mixti requiritur quod sint plura elementa, | et quod contraria alico modo adequentur, alias compositio permanere non posset; quia illud quod esset omnino potentius, destrueret alia, cum | elementa sint contraria; si autem unum elementorum esset infinitum, nulla equalitas esset, aliis finitis existentibus; quia infinitum || inproportionabiliter excedit finitum. Non ergo hoc potest esse, quod unum tantum eorum, que veniunt in mixtionem, sit infinitum. | (Posset autem aliquis)

41. Vatic. 2412, 'completus an. 1258, III non. maii' (v. f. 488) scriptura Gothica, eaque Gallica, iam iam nonnihil ad litteram Parisiensem (v. paulo post tab. 42) vergente. 340 × 230 mm., ff. 488. — Continet Avicennae canonem, qui a Gerardo Cremonensi latine versus et pluries typis editus, a saeculo XIII ad XVII in plerisque medicinae scholis 'publice legebatur'. Habes in fol. 356, quod praebet lib. IV, dist. 3, cap. 20 (ed. Veneta anni 1555, lib. IV, fen. 1, dist. 1, cap. 36, f. 415 s.), non pauca ex compendiis medicinae propriis. ¶ Et si absciditur de appetitu aliquid, moue ipsum cum eis, que] sciuisti, et proprie cum eis, que fiunt de citoniis. Et cum euacuata est, | non est malum, ut amministres ei electuarium forte de illis, que | digerunt et confortant stomachum et aperiunt opilationes; et illud post | ablationem febris et accidentium. Et iter quidem ad flebotomiam est, ut || non fiat in ea, donec declinet; tunc enim fiat. Et illud quo prius | datur in potu, est aqua ordei, et cibus sit sicut ille, qui fit ex | agresta cum cucurbita et amigdalis paucis et infrigdetur | lectus eius et

odoramentum eius et trocisci de camfora, in quibus | non ponitur reubarbarum. — De febre effimera ex apostemate et || signis eius et cura. c. XIX. — Febres sequentes apostemata interiora sunt putride et quandoque associatur ei ethica, et non sunt | de numero febrium effimerarum. Apostemata vero apparentia sicut | furunculi et exiture, que eueniunt in ea et proprie apostemata mag|na, que fiunt in menbris gland[ul]osis et in carnibus, que nominan||tur molles, sicut illa que fuerint in inguinibus a superfluita|tibus epatis et in alis a superfluitatibus cordis, et sub aure a super|fluitatibus cerebri, quandoque sequuntur febres, et non euacuatur quin | sit illud, quod peruenit ex eis ad cor, donec ignıat ipsum calefactio | sola aut cum putredine. Quod si fuerit calefactio sola tunc || erit de genere febrium apostematum intrinsecorum, et plurimum quod accidit | de istis febribus sequentibus apostemata sequens causas primitiuas | ex ulceribus et scabie et doloribus et percussionibus et casibus, ad que | expelluntur materie et retinentur in uiis earum apud carnes mol||les, est de genere febris effimere. Et plurimum quod accidit de istis || febribus sequentibus apostemata, quorum cause sunt antecedentes sicut | repletiones et opilationes preterite, est putridum; et febres quidem | sequentes ea plurimum sunt effimere et si non sunt effimere sunt | male et plurimum quidem harum sequitur apostemata sanguinea et | quandoque accidunt sequentes erisipilam et similia ei. — Signa. Signa ea|rum sunt ea, que diximus de antecessione apostematum ante eas, | et facies est rubea imflata et est additum in ea super dispositionem | sanitatis, et non est caliditas uehementer mordicans, quamuis sit | multitudo eius in ipsis, quam[quam] huiusmodi apostemata sunt sanguinea, nisi sint | febres sequentes erisipilam, et istis febribus succedit humecta||tio, et est pulsus in eis magnus velox frequens, propter repletionem | et caliditatem, et est urina aquosa alba propter cursum materierum | ad apostemata et ulcera. — Cura. Oportet ut antecessio fiat in ea cum | flebotomia et fluxu ventris, et curetur apostema cum eo, quod oportet in capitulo | suo. Et subtilietur regimen et non bibat uinum omnino et non cibetur | nisi post declinationem completam. Et necessaria sunt ei extin|guentia infrigidantia, humectantia et emplastra infrigida|ta cum niue super membrum infirmum apostemosum, ita ut non | noceant apostemati neque faciant ipsum crudum, immo infrigident | uiam inter ipsum et cor infrigidatione penetrante in pro|fundum. — De febre effimera ex spissitudine vel densitate pororum et signis eius et cura. c. XX. Hec febris iterum sequitur pri|uationem resolutionis propter oppilationes non profundas et | plures quidem homines cum dimittunt consuetud[i]nem suam bal|neandi febriunt, et plures eorum sunt illi, in quorum corporibus || generatur uapor colericus propter complexionem corporum eorum et ciborum | ipsorum et aquarum eorum malarum et propter dispositiones eorum accidentes ex ui|giliis. — Cura. Curatio eius est extinctio et amministratio balnei | et sudare in eo post declinationem et fricari cum eis que sunt sicut | furfur et farina fabarum et amigdale amare et semen melo|nis et aliquid de alusnen et baurach et sit cibus eius extinguens humectans et uinum eius sit plurime commixtionis et iteret balneum multociens. — De febre effimera ex caliditate et signis eius et cura c. XXI. | Quandoque accidit ex calore aeris || et calore balnei et similium febris effimera et pluri|mum illius non accidit, nisi ex vehementia caloris solis et est pri|ma suspensio eius cum spiritu animali, cum primum quod eo leditur | sit caput. Calefit enim aer eius et peruenit ad cor et fit fe|bris. Deinde spargitur in corpus totum et quandoque fit eius su|spensio cum corde, propter caliditatem anelitus, et quando custoditur | caput a calore. Sed illa que ex sole accidit plurimum impri|mit in cerebro et capite; et propter illud, qui non est mundus, im|pletur caput eius. Et illa que non fit ex sole, sed fit ex di|ebus canicularibus et ex balneatione et ex aliis impressio|nem facit in cor. — Signa. Signa sunt causa eueniens | et uehementia imflammationis capitis in parte sola|ri cerebrali et fortasse est cum grauitate et repletione, | si non fuerit corpus mundum et magnitudo hanelitus in par|te cordiali et est illud quod apparet de corpore uehemen||tis calefactionis calidius interiore eius; et de illis, quibus | scitur illud, est sitis eius minor siti illius, cuius calidi tas est illa caliditas; et est in hac habitudine contrari|a ei, que est ex densitate. — Cura. Est necessarium ut incipia tur in curatione eius cum eo, quod infrigidat ex embrocis || super caput et pectus ex loco longinquo et detur in potu | aqua frigida, et que currunt cursu eius; et sine cessatione fiat | illud, quousque declinet febris. Cumque aufertur ingre|diatur tinam, et non tangat eum tina eius, si fuerit cum eo | febris; et balnea eum cum aqua tepida, et non permittas aerem || eius calefacere ipsum. Et non timeas ex effusione aque cali|de super caput eius, quoniam ipsa humectat et resoluit febrem | et necessitas ad balneandum plus est quam necessitas ad inun|gendum. Cum ergo egreditur, tunc frica caput eius in oleis frigidis, sicut est oleum rosatum et de nenufare. — De febre effimera ex soliditate uel frigore et signis eius et cura, c. XXII. || Quandoque accidit ex frigore et balneatione cum [a] | aquis frigidis, ut condensentur pori apparentes | et coartantur uapores fumosi secundum quod dictum est in illa, que | fit ex testuositate; quare accidit febris et multotiens perdu|cit ad putridam et non perducit ad illam febrem, nisi | quando uapor prefocatus est acutus, non suauis. Suauis enim non grauat eam. — Signa. Sunt cause et quod corpus in ea, in|primis cum tangitur, est non uehementis caliditatis, cum|que figitur manus, sentitur calor eleuari et pulsus non || est in prauitate, in qua est in illa que fit ex angustia | et tristitia et fame, quoniam non est illic resolutio, sed est uelox propter ne|cessitatem, nisi fit frigus uehemens et fortasse declinat | ad duritiem, et oculus non est profundus, imo quandoque est im|flatus propter uaporem coartatum; et urina quandoque est alba, || quoniam calidi-tas est prefocata; et quandoque est tincta, quoniam caliditas, | que resoluta fuit ex poris expellitur ad uiam urine. | — Cura. Cooperiantur in febre donec sudent. Cum ergo | declinat, ingrediantur balneum et balneentur cum aqua | ad caliditatem decliui et cum aere calido et embrocentur.

42a. Burghesianus 329, scriptus est 'in Caturco (Cahors) per manum Iohannis Eltati de Frisia an. Dom. M°·CCC·XVII· XIIII Kalendas iunii' (v. f. 519) littera Parisiensi nondum plene conformata, cuius quam plurima specimina invenies apud DELISLE, Cabinet des mss. Planches, tab. 39 ss. —

286 × 213 mm., ff. 519. — Codex continet Petri Aureoli ord. Min. commentarium in lib. I Sententiarum Petri Lombardi, pluries typis expressum, cf. prae ceteris editionem Romanam an. 1596. In fol. 435^{v}, quod exhibemus, habes dist. 41, art. 4, quaest. 4 (in ed. Romae cit. I, 933), cuius scriptura compendiis theologicis plenissima lectu est sane difficilis. ¶ Unde predestinatus posset mori] in peccato mortali secundum se consideratus, sed prout accipitur et | ponitur esse predestinatus, incompossibile est quin saluetur. Sed hic | modus dicendi desperationem hominibus inducit. Sicut enim aliqui sunt pre|destinati, sic et alii reprobati. Quando autem aliquid est im-
5 muta||bile, facta aliqua suppositione, fatuum est conari ad immutan|dum illud, quamdiu stat conditio. Unde totus conatus immuta|re uolentis debet esse ad tollendum conditionem; sicut si necesse est quod Sor|tes moueatur, si cutrit, qui uult impedire
10 ne moueatur, | oportet impedire ne currat. Sed manifestum est, quod predestinatio || aut reprobatio, prout in Deo sunt, nostro conatu impedi|ri non possunt. Ergo, si stantibus illis incompossibile est quin saluetur | ille et dampnetur iste, frustra qui dampnandus est | ad oppositum conatur; unde datur homini materia desperandi et | negligendi se ipsum, et tollitur omnis ex-
15 hortatio salu||taris et persuasio et sacramentorum perceptio, quia totum est uanum. | Propterea dixerunt alii [Opinio Scoti], quod cum dicitur Deus predestina|uit Petrum saluari, ergo saluabitur; antecedens contingens est, quia | in intellectu diuino
20 implicatur contingentia ex parte obiecti. Unde non re|pugnat ratio contingentie obiecto scito uel uolito secundarie; || et ideo transit predestinatio super salutem Petri, non necessario, | sed contingenter; et sic nec salus Petri necessaria est, sed contingens; | et ideo nec de necessitate saluabitur. Sed nec iste mo|dus dicendi difficultatem euadit. Quantum-
25 cumque enim contingenter | predestinasset Deus Petrum, ex quo tamen predestinauit, mu||tari non potest, nec Petrus suo conatu posset tollere su|am predestinationem, nec Iudas suam reprobationem. Unde | manet eadem occasio desperandi et negligendi seipsum; | nam sicut antecedens est contingens sed immutabile, sic consequens im|mutabile erit,
30 quantumcumque contingens. Immutabilitas autem || omnem conatum frustratorium reddit et uanum. [Et ideo dixerunt
col. II alii [Opinio Durandi] || [ita nec alius homo poterit impedire finem ad quem predestina]tus est, aut finalem penam, respectu cuius dicitur reprobatus. | [Quid dicendum secundum ueritatem.] Restat igitur nunc dicere quod uidetur.
5 Unde inconcu|sse tenendum est, quod predestinatio nullam immu|tabilitatem inducit circa salutem saluandorum nec re||probatio circa penam hominum dampnandorum. Si enim | hanc induceret predestinatio, hoc esset uel ratione prescientie, | quam subponit; uel ratione uoluntatis et propositi, quam forma|liter importat. Sed constat quod non ratione prescientie, quia non as|picit
10 rem ut futuram, ut ex hoc liceat inferre aliquid in || futurum, aut arguere quod eueniet, ut superius dictum fuit. | Ad huc nec ratione uoluntatis aut propositi, quia declaratum | est, quod nulla uolitio intrinseca Deo transit super salutem Petri | magis quam super eius oppositum, sed uoluntas operationis diuine, | scilicet iustificatio per gratiam et beatificatio per gloriam, quam
15 Deus o||peratur, ut previse ab eterno sunt, illud propositum, quod habet Deus de | salute beati Petri. Constat autem, quod talis operatio ut previsa, in | nullo aspicit salutem Petri ut futuram, et per consequens | non potest inferri ex ea, quod salus
20 Petri futura sit aut eueniat. Ergo nullo modo predestinatio dat quod in||mutabilis sit euentus, quia nullo modo infert euentum. | Preterea non plus dedit inmutabilitatem saluationi | Petri, quia predestinatus extitit ab eterno, quam dederit sibi, | quia hodie est saluatus. Dictum est enim sepe, quod nullam aliam | determinationem habet res ex prescientia siue pre-
25 destinatione nisi || illam met, quam habet ex sua actuali positione. Sed constat, quod ex hoc, quod hodie Petrus est | saluatus, non tollebatur contingentia ante|quam actu saluaretur, quin posset suam | salutem impedire etiam cum effectu, nec erat ||
30 tunc determinate uerum: Petrus saluabitur, licet [determinate hodie uerum sit, quod est saluatus.

42 b. Palat. 324, olim Iannocii Manetti (v. f. 1^{v}), Udalrici Fugger (v. P. Franchi de' Cavalieri, Il rotulo di Giosue in Codd. e Vatic. selecti, vol. V. Roma, 1905, p. 5; Stevenson, Codd. Palat. gr. pp. XXV ss.), demum bybliothecae Heidelbergensis. Codex exaratus an. 1284 in Italia (v. f. 188^{v}), littera Gothica, compendiis abundat apud theologos usitatis. Continet 4 ll. Sententiarum Petri Lombardi. 246 × 196 mm., ff. 188. — In fol. 57^{v}, quod exhibemus, habes lib. II, dist. I, cap. 4 (v. S. Bonaventurae Opp. omnia; ed. apud Claras Aquas, II (1885), 12). ¶ [Distincta est itaque rationalis creatura in incorpoream et cor]poream; et incorporea quidem angelus, corporea uero homo uocatur, | ex anima rationali et carne subsistens. Condictio ergo ra|tionalis creature primam causam habuit Dei bonitatem [Quare creatus sit homo vel
5 angelus]. Ideo, si queritur, quare creatus sit homo uel angelus, || breuiter responderi potest: propter bonitatem eius. Unde Augustinus | in libro de doctrina christiana: quia bonus est Deus, sumus; et in quantum sumus, | boni sumus. [Ad quid creata sit rationalis creatura.] Et si queritur, ad quid creata sit rationalis creatura, respondetur | ad laudandum Deum, ad seruiendum
10 ei, ad fruendum eo, || in quibus proficit ipsa, non Deus. Deus enim perfectus et summa boni|tate plenus, nec augeri potest nec minui. Quod igitur | rationalis creatura facta est a Deo, referendum est ad creato|ris bonitatem et ad creature utilitatem. |
15 [Breuissima responsio cum queritur, quare vel ad quid facta sit rationalis creatura.] Cum ergo queritur, quare || vel ad quid facta sit rationalis creatura, brevissime responderi potest: propter Dei bonitatem et suam utili|tatem. Utile nempe est ipsi seruire Deo et frui eo. Factus | igitur angelus siue homo propter Deum dicitur esse, non quia creator Deus et | summe beatus
20 alterius indiguerit offitio, qui bonorum || nostrorum non eget, sed ut seruiret ei ac frueretur eo, | cui seruire regnare est. In hoc enim proficit seruiens, non ille cui seruitur. [Sicut factus est homo ut Deo seruiret, sic | mundus ut seruiret homini.]
25 Et sicut factus est homo | propter Deum, id est ut ei seruiret, ita mundus factus est propter ho||minem, scilicet ut ei seruiret.

Positus est ergo in medio ut et [ei seruiretur et ipse seruiret. ‖ [Ipsique angeli in quibusdam] scripture locis nobis seruire dicuntur, dum propter nos in mi|nisterium mittuntur. [Quomodo dicitur in scriptura aliquando homo factus propter reparationem angelici casus.] De homine q|uoque in scriptura interdum reperitur, quia factus sit propter repara||tionem angelice ruine, quod non ita est intelligendum, quasi | non fuisset homo factus, si non peccasset angelus, sed quia ita | sit homo institutus, scilicet ut inter alias causas precipuas hec | etiam nonnulla extitit. Nostra igitur superiora sunt et equa|lia etiam nostra sunt inferiora, quia ad seruiendum nobis facta. — [Quare anima unita sit corpori.] ‖ Solet inquiri, cum | maioris dignitatis esse videretur anima, si absque corpore | permansisset, cur unita sit corpori. Ad quod primo dici | potest, quia Deus uoluit, et uoluntatis eius causa querenda non | est. Secundo autem dici potest, quod ideo voluit Deus [ipsam] corpori uniri ‖ ut in humana condictione ostenderet nouum exemplum bea|te unionis, que est inter | Deum et spiritum, in qua dilligitur 'ex | toto corde' et uidetur 'facie ad faciem'. Putaret enim | creatura se non posse uniri creatori suo tanta propinqui|tate, ut eum tota mente intelligeret et cognosceret, nisi ui||deret spiritum, qui est excellentissima creatura, tam infime idest | carni, que de terra est, in tanta dillectione uniri, ut non | ualeat artari ad hoc, ut uelit eam relinquere, sicut | Apostolus ostendit dicens: 'Nolumus corpore expoliari, sed super|uestiri', per quod ostenditur, spiritum creatum spiritui increato ineffa||bili amore uniri Pro exemplo igitur future societatis ‖

43. Vatic. 1456, scriptus anno 1353 (v. f. 179) littera Bononiensi (v. DELISLE, Cabinet des mss. I, 32 et F. EHRLE, Historia bibliothecae Rom. Pont. I, 569) et a Nicolao de Bononia (figlio di Giacomo di Nascimbene) imaginibus ornatus (v. f. 179, cf. F. MALAGUZZI VALERI in Atti e memorie della R. Deputazione di storia patria per le prov. di Romagna. Ser. III, XI (1893), 126 s.; L. CIACCIO in L'Arte. X (1907), 113; F. CARTA, Codici, corali e libri a stampa miniati della Biblioteca Nazionale di Milano Roma, 1891 (in Indici e Cataloghi n. XIII), 24, nota; A. ZU ERBACH-FÜRSTENAU in L'Arte. XIV (1911), 1 ss., 107 ss.). — 449 × 268 mm., ff. 339. — Continet codex quidem Novellam Iohannis Andreae super decretalibus (v. ed. Venetam anni 1581), folii 13 vero pars, quam exhibemus, comment. in c. 5. 6. 7. de rescriptis sc. I. 3., in ed. cit. I, 23ᵛ. ¶ Unde si queratur, quare res aliena usu capitur, dic ne dominia rerum | sint in incerto; ff. [= Digesta] de usu captione l[ex] 1. Si queratur, quare triennio dic, quod | ita placuit principi, ut l. Non omnium. Sic enim poterat plus | minusue statuere. Ostiensis. In glossa ultima ibi Nemo dicit ‖ Ostiensis, quod lex ista intelligitur, cum ipse imperator non respondit | sed eius proceres; secundum Accursium ibi infra in glossa. Concordant Bernardus et Phylippus hic et Vincentius. | Et ibi Non plures, de quo dic ut infra de cognatione spirituali, capitulo ultimo, in principio libri VI. | **Cum ordinem.** Casus. Cystercienses per rescriptum, | quo non fit mentio de ordine suo, conueniri non possunt. ‖ Diuisione non eget. — Specialiter et singulariter. Non enim loquitur | de indulto iuris communis, uel cum per priuilegium concedit id quod de iure | competebat, secundum Vincentium. — Indulsit. Aut littere de iure communi inp|etrantur contra Cystercienses super hiis, super quibus sunt priuilegiati; et tunc | sufficit, quod fiat mentio de ordine. Aut impetra[n]tur littere uel ‖ indulgentie contra priuillegium, quod habent, et tunc de priuilegio mentio | fieri debet; infra de re iudicata Inter monasterium, et nota supra cap. 1. Compostellanus. Idem Ostiensis, | qui subaudit 'maxime', dicit etiam sic seruari in curia, quod litera impetrata | contra Cystercienses, non facta mentione de ordine eorum, non | ualeat. Religiosorum enim alii aliis fauorabiliores. Sed ad ‖ id quod dictum est, non esse necesse fieri mentionem de priuilegio, obicitur | infra cap. Constitutus. Si enim non ualent ibi littere, in quibus non fuit facta | mentio de statuto, ergo non ualebunt littere, in quibus non fit mentio | de priuillegio; sed illud in litteris gratie, secus in litteris iustitie | secundum Innocentium. — Ordinis, non dixit priuillegiorum. ‖ I glossa respondet per questiones quid sit super re non privillegiata et c. Secunda glossa | dat simille, prorogat, obicit et soluit. | In glossa II, ibi In toto, sequitur iure generi per speciem derogatur, et illud poten|tissimum habetur, quod ad speciem directum est. In glossa I, ibi Aliud, non est aliud, ymo hoc est priuillegium, quod ponit hec ‖ decretalis, et ibi Mentionem. Idem Innocentius. In glossa II, ibi Generalibus, | secundum ueram lecturam, de qua supra glossa proxima, cum hoc priuilegium detur | contra singularia rescripta, per illa tolli non potest, ipsius mentione non | facta, alias esset inutile. — Contra priuillegium secundum Tancredum rationem quere XXV, | qu. II in fine summe. Dicebat Innocentius, quod suppressio ueritatis hoc ‖ inducebat, que, si fuisset expressa, non habuisset litteras; [sed hoc sibi non placet, quia potuisset litteras] de iustitia | habuisse; ut si diceretur priuillegio tacite uel expresse renuncia|tum, de decimis, Ex multiplici, de priuilegiis, Accedentibus. Dicit Compostellanus: | hoc priuillegium, licet sit generale, continet tamen omnia sub generalitate | contenta, scilicet omnia monasteria eiusdem ordinis; item simul omnes ‖ litteras remouet, que contra priuillegium fuerint impetrate. Unde | non ualet speciale, si de ipso non facit mentionem ut dixi supra cap. I et | ibi allegaturi. Si non fit mentio de ordine, non tenentur uenire | citati; et, si ferratur sententia in eos, non ualet. Ad hoc de prebendis cap. ultimo | secundum Ostiensem et in fine secundum Tancredum. Idem uidetur uelle Innocentius de hoc III quest. II, | Si episcopus, et infra de accusationibus, Veniens, in ultima glossa. ‖ ... ‖ quoniam [in] Autentica Ut nulli iudicum, §. Et hoc quoque Col. II et § sequenti. Arguitur ff. [= Digesta] de conditione | indebiti, l. Filie; ff. de annuis legatis, l. Annua, §. Atitia [l. Attia] infra de usuris, | Tua. Sed contra de alienatione iudicii mutandi causa facta, cap. 1, vbi innuitur, quod, si ille, contra quem

littere impetrantur, possessionem super qua impetrans cum conue||nire uolebat, in allium transfferrat, ille non conuenitur, nisi malitia | eius interuenerit. Episcopus ergo per litteras capitulo directas non conuenietur, cum | in malitia non fuerit. Preterea rescripta non extenduntur ad multos | nec ad alios, infra eodem Cum in multis, de officio delegati. Petrus et Goffredus. Respondeo secundum Innocentium, | Compostellanum et Abbatem iurisdictio contra uices gerrentem data, contra dominum non est ex||tendenda, cum sit restringenda, ut dixi. Unde non procedet deleg|atus, datus contra vices gerentem, contra episcopum, nisi forte lis fuisset conte|stata. De successore dicam de officio delegati, Quoniam Abbas. Mandatum | uero factum uices gerenti artat successorem uel dominum. Et est diuersita|tis ratio: iurisdictio data restringitur; mandatum non; ymo, quandocumque || subditus potest, debet obedire nec de obedientia restringi, VIII qu. I Scien|dum; XI qu. III, Si dominus et c., Qui resistit et c., Quid ergo et faciat in | Autentica Iusiurandum quod a moriente prestito, in respons. II et I §., collatione V. — Mandatum. | Quia expressim non scribebatur episcopo sed decano et capitulo. — Deberes. Op|pono: aut papa contullit ius in hac prebenda [aut non]; si contullit, male || facit redarguendo episcopum, quia episcopus ad quem pertinet collatio | bene facit, si de nouo non confert. Sufficit enim collatio pape, ymo illi fa|ceret iniuriam. Sed capitulum est redarguendum, non recipiendo illum, etiam sine | alio mandato episcopi. Si papa non contullit, adhuc iniuste redar|guit, cum littere non ualerent, quibus mandabatur in canonicum || recipi, qui non erat canonicus, et qui canonicus per eos fieri non poterat, | cum ad eos non spectaret collatio. Dicit Innocentius, quod per litteras nullum | ius est quesitum Iudeo in beneficio, sed canonici auctoritate literrarum | potuerunt illi conferre ius. Intendit enim papa per tales formas, quod non | solum que facti sunt conferrant, sed etiam que sunt iuris; et sic dicit papam coctidie || facere. Non tamen credit, quod, si papa scriberet penitus extraneo, quod reciperet | aliquem in fratrem alicuius ecclesie, in qua ius recipiendi non habet, | quod ualeant tales litere, nisi expresse sciretur, quod papa sicut extraneo | scriberet ex certa scientia. Ad hoc infra cap. Cum aliquibus, libro VI°. Si ergo dicas: quare | canonici creato episcopo ipsum non receperunt, dixi supra super versu Non || potuerunt. Vnde dicebat Boatinus: aut papa scribit alicui ut exec|utori, quod beneficium conferat, quo casu confert, licet aliter ad eum | spectet et collatio; aut ut collatori ei qui collator est, et tunc pla|num; aut ut collatori ei qui non est collator, quo casu is cui | scribitur conferre non potest, nisi papa scripserit ex certa scientia. — Datam literarum, || et mentem pape secundum Innocentium et Ostiensem. — Archidiaconus. Ergo potest quis habere dignita|tem canonicam et prebendam in una ecclesia, de consuetudine c. I, libro VI. Et | ad intellectum huius litere uide quod dicam infra de his que fiunt a prelato, Tua | in principio. — Adhuc. Notat per (?) hoc (?) Goffredus, quod mutatio status non liberat | aliquem ab eo ad quod tenebatur. Allegat iura pro et contra, que || ponam de obligatis ad ratiocinium, cap. uno, super versu Ratiociniis. — Dedignari.

44. Vatic. 2598, scriptus est 'littera Bononiensi' (v. paullo ante p. XXXI) an. 1378 (v. f. 256ᵛ) a Gerardo de Spilamberto, fortasse Bononiae, et imaginibus ornatus a Nicolao de Bononia (v. paullo ante p. XXXI, praesertim L. Ciaccio l. c. p. 114). 472 × 296 mm., ff. 256. — Continet 'lecturam Bartoli de Saxoferrato super I et II parte Infortiati.' In parte folii 234ᵛ, quam exhibemus, habes enarrationem lib. XXXVI, tit. III, legis I, § 11. Typis exstat expressa in Bartolus, Opera omnia. Venetiis, IV (1596), f. 147ᵛ. ¶ *lin. 17* Ut legatorum seu fideicommissorum nomine caueatur. Rubrica. — Legatorum §. Si cuncta. Legatum repetitum | bis tantum debetur, et pro ipso lega|tario ab herede vel heredi a legatario non cauetur. Hoc dicitur. Istum §. habes in l[ege] Fideicommissa, §. Si quis decem, supra de legatis III. Opponitur de lege Eumdem qui supra de seruitutibus urbanorum prediorum et lex Si ita | stipulatus a Titio, infra de fideiussoribus. Plene de isto Brocar|do dicitur in l. Si finita in principio, infra de dampno infecto, per | Dynum ibi dixi et per Cynum in l. 1. Opponitur C[odex] de sententiis, que pro | eo quod interest proferre. Opponitur de l. Veluti supra [de] edendo. Solvitur | ibi hoc ideo, quia ex tali repetitione quis non graua|retur; et ideo iterum semel tantum hic intelligitur, quod | non quociens oppositum [l. opportunum] fuerit, uel ibi dicitur. Bartolus. | — Si quis sub condictione. Si una actio in locum | alterius succedit, eius naturam assumit. — Si decem | que in archa. Primo loquitur quando proprietas et usufructus | legata sunt pure; secundo quando sub condictione. Item prima di|uiditur in tres questiones. Primo dicit, quod potest petere | quilibet ipso iure. Secundo in quantum ob[stat] exceptio de equita|te. Tertio quid iure, quando legatarius proprietatem possi|det. Secunda ibi Sed cum decem. Quarta ibi Plane si decem. Item secunda pars principalis diuiditur in duas. Primo quid iuris sit amdicione [l. conditione] petente [l. pendente]. Secundo quid iuris sit existente conditione. | Secunda ibi Sed si obmisit. Dicitur quod iste legatarius | debet dotem [l. decem] petere, ymo uidetur quod quinque tantum. Nam cum | relinquitur usufructus pecunie, ipsa proprietas usufructu|ario debetur, ut supra de usufructu earum rerum, que usu consumuntur | per totum. Si transit proprietas, ergo sequitur, quod — || Si ad fiscum. Quero an saltim nuda cautione habeat ca|uere fiscus? Dico quod non, licet secus sit in alia re publi|ca, ut in ciuitate, que nuda cautione | habet promittere, ut infra e[odem] Si quando et ibi notata. — Qui minorem. Pro ea parte, pro qua alicui hereditas diminuitur | ipso iure uel in effectu, si est culpa sua, pro ea liberatur | ab ob|ligatione, que ex hac stipulatione descendit. Hoc dicit Bartolus. | Opponitur et uidetur quod hereditas non potest exhonerari, | ut l. Cum hereditas in fine supra ad Trebonium. Solvitur: speciale est in | hac cautione, que assumit sibi uires actionis ex testamento, ut supra eadem lege § Si quis sub condictione. — Si ei qui. Continua et cetera Bartolus. — Sed et ipsas. Quero que sit differentia inter contrarias

et diuersas; dic ut in glossa. Extra glossam quanto dicitur, quod ipsis, qui sunt in potestate, cauendum | est. Quero quo[modo] ipsi seruo poterit caueri ut ser|uo acquiritur? Possumus dicere probabiliter, quod ipsi | seruo caueatur et sibi acquiratur actio ex hac stipulatione, quia | habet utramque actionem ex testamento, alias secus ut l. Si filius | infra de uerborum obligationibus et l. paulo infra de stipulatione seruorum. Vel aliter et probabiliter caue tur domino pro seruo, et ipsi seruo in euentum conditionis acquiri|tur seruo, quod est mirabile. Arguitur l. pro hoc l. Si filius familias, | §. Diuus, supra de legatis 1. Dicitur hic hila de de personis et cetera; et sic idem | fideiussores debent esse apud ut resque [l. utrosque]. Quero que | erit pratica? Dico quod quando examinantur fideiussores | an sint ydonei uel non ad unius petitionem ut l. Arbitro supra. Qui satisdare cogatur, et ille cui debet dari, tunc utentur [l. etiam citetur], | et tunc cogitur illum accipere. Preterea ut arguitur lex 1, §. Cum dicitur supra Si cui plus quam per legem Falcidiam. Vel aliter, pater debet interesse pro | se et nomine filii. Bartolus. — Nec si forte. Nota istum casum, quod, quantumcunque | pater sit coniuncta persona ei sol|ui non potest, dixi in lege III supra Soluto matrimonio. Bartolus. | — Postquam heres. Ista est tota notabilis lex et istud prin|cipium est multum notandum. Et hoc dicit, si condic|tio stipulationis existat tempore, quo non est persona | principalis uere uel interpretative, stipulatio non conditur | et fideiussor non teneatur. Hoc dicit in textu ibi Nemo ius, id est hereditas, que persona[m] representet. Opponitur de ege Sticum aut ipsa [l. aut Pamphilum] circa finem, §. Principium, infra de solutionibus; l. Sine herede | in principio de administratione tutorum; l. Hactenus supra de constituta pecunia. Soluitur: ibi loquitur in obligatione iam contracta perfecte, que potest direc|te [l. durare] extincta persona; hic uero in obligatione contrahenda. Bartolus. Sed contra hoc opponitur infra eadem lege Si a te. Soluitur: ibi non erat persona uere | sed erat hereditas, que personam representat, et habes glossam in | lege I, §. Idem Papinianus [l. Pomponius] supra Depositi; que glossa declarat istud | principium. Dixi in lege Fideiussor obligari §. fine, infra de fideiussoribus. Quero, dixi: donec est hereditas, potest obligari. Quero, quid, si aliquis est deportatus et bona |

45. Vatic. 3359, olim Fulvii Ursini (v. f. 1) et antea Bern. Bembi, ipsius F. Petrarcae manu anno 1370 (v. f. 38ᵛ) Arquadae inter Euganeos montes exaratus, exemplum praebet scripturae Gothicae ad humanisticam, quam vocant, vergentis. 205 × 140 mm., ff. VIII. + 38. — Continet F. Petrarcae de sui ipsius et de multorum ignorantia (ed. Capelli in Bibl. littéraire de la Renaissance. Le traité 'De sui ipsius et multorum ignorantia', Paris 1906). Quod exhibemus fol. 1 initium operis continet (ed. Capelli l. c. p. 17—18. Cf. de Nolhac, La Bibl. de F. Orsini, p. 286—291; Capelli l. c. p. 3—6; Vattasso, I codd. Petrarcheschi della Bibl. Vat. in Studi e Testi XX. Roma, 1908, p. 31—32; ubi et alia specimina scripturae Petrarcae invenies. ¶ *Francisci Petrarce laureati de sui ipsius et multorum* | *ignorantia liber incipit.* — Ad Donatum Apenninigenam | grammaticum | Nunquamne igitur quiescemus? semper conflictabitur || hic calamus? nulle nobis erunt ferie? quotidie | amicorum lauditas, quotidie emulorum lurgia *respondendum erit?* | Nec inuidiam aut latebre excluserint aut tempus extinxerit? | Nec quietem michi omnium ferme, *pro* quibus humanum laborat atque | estuat genus, rerum fuga pepererit? Nec uacationem denique iam ‖ deuexa ac defessa etas attulerit? O uenenum pertinax! Que | me pridem rei publice excusasset, nondum excusat inuidie, cum|que illa, cui multum debeo, me | absoluat, hec, cui nil debeo, me | molestat. Olim, fateor, stili tempus erat amicioris, et natu|ram meam semper et etatem iam tranquillior decebat oratio. Date ‖ ueniam, amici; et tu lector, quisquis es, parce, oro. Tuque ante | alios, Donate optime, cui hec loquor, ig|noscito: loqui opor|tet, non quia id melius, sed quia contrarium difficile. Etsi enim ratio silentium suadeat, digna, nisi fallor, indignatio et iustus dolor | uerba extorquent. Auidissimus pacis in bellum cogor. Rur||sus ecce inuiti trudimur, rursus ad censorium agimur triba|nal, mirum, nescio an inuide amicitie, an amice dixerim | inuidie. Quid non potes hora improba, si amicos etiam | flamare animos potes? Multa experto hoc mali genus in|expertum hactenus nunc primum michi mea uox obicit, omnium [grauissimum pessimumque.

46. Palat. 330, olim universitatis Heidelbergensis 'ex legatione Gerhardi Brant' (de Davantria, 1438, v. E. Winkelmann, Urkundenbuch der Univ. Heidelberg. Heidelberg, II (1886), 74 n. 291; I, 464; G. Toepke, Die Matrikel der Univ. Heidelberg. Heidelberg, I (1884), 695, III (1893), 51), chartaceus. 270 × 141 mm., ff. 310. Continet praeter commentarium in II. Sententiarum sive 'lecturam capituli Firmiter de summa trinitate et fide katholica' (v. ff. 1. 160ᵛ) Conradi de Soltau, an. 1388 compilata, aliaque minutiora: 'Collectorium libri, qui dicitur Rationale divinorum officiorum' magistri Hermanni Galagaen, canonici ecclesiae Monasteriensis. Uterque liber anno 1400 a Gerardo Verken, ut videtur Ruremundae, exaratus est, scriptura Gothica-humanistica. — In fol. 297ᵛ, quod exhibemus, habes epilogum Collectorii. — Cf. Stevenson, Codd. Palat. lat. Romae I (1886), 89. ¶ *Preterea . . . de* | *vel*[*r*]*ginum, de consecratione crismatis, olei sancti et olei infirmorum et de similibus,* | *quia eciam preter simplices sacerdotes hoc opus sum agressus. Preterea preterea* | *etiam ea que de dicto libro diffuse determinat*[*a*] [*l. determinantur*] *de sacramentis,* scilicet baptismo, | confirmatione, extrema unctione et sic de aliis, quia de aliis dicitur sufficienter in ‖ quarto libro Sententiarum et in

diuersis summulis de sacramentis factis, et quia eorum | expeditio requirit maius opus, quam hic facere decreui. Amplius de computo nichil | tetigi, de quo tamen dictus G[uillelmus] fecit vnum tractatum specialem in dicto suo libro, | eo quod scientia computi sacerdotibus sit necessaria, quia alias computum quemdam ex diuersis | computis tam manualibus quam ecclesiasticis aliis et philosophicis non sine || labore collegi, ad quem, cui hoc placuerit, poterit habere recursum, et quia | de hoc etiam alibi inueniuntur communiter tractatus sufficientes. Sciendum autem quod hoc | collectorium non ideo aggressus sum, ut aliquid de dicto libro, scilicet rationali, cor|rigerem aut tamquam superfluum resecarem, aut ut ei aliquid adderem, uel quo|modolibet in melius commutarem, quia liber prelibatus omnino sufficientissime || et per modum artis procedendo satis compendiose sub meliori etiam modo, quo | bene possibile fuit, tamquam a uiro excellentissimi ingenii et in omnibus | ad materiam dicti libri pertinentibus non modicum experto multum gratiose | est compilatus, meique depressi ingenio[li] librum non parum insufficiens facultas, | eius dicta tam scientie quam eloquentie suauitate mire modo redolentia olfa||cere, qualitercunque etiam uix sufficit, ratio, quod in tantam temeritatis au|daciam aliquatenus prorumpat, ut ea modo predicto, scilicet corrigendo resecando, | addendo ac inmutando, nescio qua fronte, presumat quolibet | ruminare. Verum ideo duxtaxat [l. dumtaxat] dictum collectorium per modum rudis | doctrine aggredi dignum duxi, ut simplices, qui prolixitate libri || tam solempnis eis uisa onerosa tamquam actoniti deterrentur, huius compendio|si collectorii breuitate allecti, eorum que in ecclesiasticis officiis aguntur, | ad quorum notitiam non solum habendam, uerum etiam aliis inperficiendam [l. impertiendam] | sacerdotes teneri dubium non existat, non negligant perquirere rationes. | Turpe enim patritio et causas tractanti ignorare ius, in quo uersatur, || Digestis, de ordine iuris, lib. II. Similiter hoc turpe est de quolibet artifice, | quanto magis de sacerdote, scilicet ignorare illud circa quod uersatur. Unde | summe studendum est sacerdoti ne premissa ignoret, quia etiam de ipsorum igno|rantia in novissimo die rationem erit redditurus, ut dicit dictus Gwillerinus ut in prologo libri sui, assimilans etiam ibidem sacerdotes diuina || misteria absque eorum intellectu tractantes iumentis panes portan|tibus ad usum aliorum. Si quis autem hic aliqua inuenerit, que in sua | ecclesia non obseruentur, uel in sua ecclesia aliqua, que hic non habentur, non | ideo miretur, quia hic collecta non sequuntur ritus locorum speciales, sed [communiores et usitatiores.

47. Vatic. 3543, olim fortasse tabularii concilii Basiliensis (v. J. Haller, Concilium Basiliense. Basel, I (1896), 3, nota 2), deinde bibliothecae Vaticanae 'munus ex testamento Antonii cardinalis Carafae, bibliothecarii' (1585—1591, v. f. 1 et S. E. et J. S. Assemanus, Bibl. Vatic. codd. mss. catalogus. Romae, I (1756), p. LXIV). 353 × 268 mm., ff. 91. — Liber continet 'epistolas et responsiones' quasdam a Concilio datas, quas Michael Galteri, Concilio ab actis, emendavit et subscribendo approbavit (v. f. 91); quare anno 1445 vel paullo post sunt exaratae. Librarius usus est scriptura humanistica-cursiva, illa nimirum qua tabulas potius quam libros conscribebant. — F. 55, quod selegimus, exhibet particulam epistolae a Concilio die 20 februarii 1439 datae, quam habes in Labbe-Mansi, Collectio Conciliorum. XXIX, 326—327 et cf. G. Beckmann, Concilium Basiliense. VI, 327, 334.

48. Vatic. 3331, olim Fulvii Ursini (v. f. II) et antea Bernardi Bembi, ut ex glossis ipsius autographis passim occurrentibus apparet, exaratus est an. 1453 (v. f. 196^{v}) a Poggio Bracciolini (v. f. II). Exemplum praebet scripturae, qua librarii Florentini saeculo XV utebantur. 355 × 245 mm., ff. 196. — Continet T. Livi libros XXXI—XL. Quod exhibemus fol. 156^{v}, finem continet lib. XXXVIII et principium lib. XXXIX (ed. Weissenborn, IV 375 et V, 1). Cf. de Nolhac, La Bibl. de F. Orsini pp. 119 et 194. Specimen aliud huius codicis habes in de Nolhac l. c. tab. I, 2; aliud alterius codicis (Laurentian. Plut. XIX n. 24) ab eodem Poggio conscripti videsis apud Arndt-Tangl, tab. 30 A.

49. Regin. 313, an. 1461 (v. f. 192^{v}) a Ludovico Rape Lemovicensi exaratus pro Iohanne Borrhale (v. f. 192^{v}, cf. Delisle, Cabinet des mss. I, 83; II, 156. 336), fuit postea Iohannis Savaro, qui eum an. 1593 Paulo Petavio (Petau) dono dedit (v. f. 166^{v}). 250 × 175 mm., ff. 192. — Continet Hegesippum, De bello Iudaico (ff. 1—166) et ff. 167—192 Hermolai Barbaro, episcopi Veronensis (1453—1471), orationem contra poetas, conscriptam Veronae an. 1455 (v. L. Pastor, Geschichte der Päpste, II^{4} (1894), 337, 338 nota 1). Quod exhibemus fol. 167 initium continet orationis.

50. Vatic. 3285, olim Fulvii Ursini (v. f. II), medio saeculo XV manu Pomponii Laeti conscriptus (v. f. II), exemplum praebet scripturae qua Itali utebantur vertente saec. XVI. 214 × 137 mm., ff. 139. — Continet Lucani de bello civili libros X (v. ed. C. Hosius), quibus adiecta sunt in marginibus scholia et in fine voluminis epitaphium Lucani brevisque notitia de eius vita et de bello

civili, auctore P. Laeto. Quod exhibemus fol. 1 initium operis continet (ed. HOSIUS, pp. 1. 2). Alia specimina librorum a Pomponio exaratorum habes apud ZABUGHIN, Giulio Pomponio Leto. Roma, I (1909), tabb. 2. 3. 4. 8 et apud DE NOLHAC, La Bibl. de F. Orsini, tab. 1. Cf. DE NOLHAC l. c. pp. 200—201; ZABUGHIN l. c. II (1911), 28—48.

CONSPECTVS TABVLARVM

1	Vatic. 3256 et Berolin. fol. 416, Vergilius Augusteus. Capitalis quadrata, haud recentior	saec. IV.
2 a	Vatic. 3225, Vergilius Vaticanus. Capitalis rustica minor	saec. IV.
b	Vatic. 3225, f. 76 et Laurent. XXXIX. 1, Vergilius Mediceus. Capitalis rustica minor	ante an. 494.
c	Vatic. 3226, Terentius Bembinus Capitalis rustica minor	saec. V/IV.
3 a	Vatic. 3867, Vergilius Romanus. Capitalis rustica maior	saec. V.
b	Palat. 1631, Vergilius Palatinus. Capitalis rustica maior	saec. V.
4	Vatic. 5757 (rescriptus), Cicero de republica. Uncialis maior	saec. IV (?)
	(S. August. in Ps.)	saec. VII/VIII.
5 a	Vatic. 5750 (rescriptus), Scholia Bobiensia in Ciceronis orationes. Uncialis	saec. V.
	(Concil. Chalcedon. Semiunc.)	saec. VII/VIII.
b	Vatic. 10696, Livius Lateranensis. Uncialis	saec. V.
c	Vercellensis I, Evangelia S. Eusebii. Uncialis	saec. IV.
d	Vatic. 10959, S. Cypriani epistulae. Uncialis	saec. V.
6 a	Basilicanus D. 182, f. 288. Semiuncialis subscriptio	an. 510.
b	Regin. 886, Codex Theodosianus. Semiuncialis	saec. VI.
c	Vatic. 5750, Frontonis epistulae. Semiuncialis	saec. VI.
d	Vatic. 5750, Iuvenalis satirae. Semiuncialis	saec. VI.
7	Basilicanus D. 182, S. Hilarii de trinitate etc. Semiuncialis	ante an. 510.
8	Vatic. 5758, S. Leonis sermo. Semicursiva italica	saec. VII.
9	Vercellensis CLXXXIII, Cassiodori de institut. div. lit. Semicursiva Italiae septen.	saec. VIII.
10	Vercellensis CCII, S. Isidori Etymolog. Minuscula Italiae septen.	saec. IX in.
11	Regin. 1823, S. Isidori ll. Sentent. Beneventana	saec. IX.
12	Vatic. 5007, Gesta episc. Neapolit. Beneventana	saec. X.
13	Vatic. 4958, Martyrologium Casinense. Beneventana	c. an. 1087.
14	Vatic. 4928, Annales Beneventani. Beneventana	c. an. 1113—20.
15	Ottobon. 296, Evangelistarium. Beneventana Italiae merid.	saec. XI.
16	Borgianus lat. 339, Evangelistarium. Beneventana Dalmatiae	an. 1082.
17	Barberin. 2724, Chronicon Vulturnense. Beneventana	post an. 1260.
18	Regin. 317, Missale Gothicum. Merovingica	saec. VIII.
19	Eporediensis (Ivrea) I, S. Gregorii regula pastor. Merovingica	saec. VIII.
20	Regin. 316, Sacramentarium Gelasianum. Corbeiensis	saec. VIII.
21	Barberin. 570, Evangelistarium. Anglo-Saxonica	saec. VIII.
22	Palat. 220, S. Augustini sermones. Scottica	saec. IX in.
23	Palat. 830, Mariani Scotti chronicon. Scottica	inter an. 1069 et 1082
24	Palat. 65, Psalterium c. glossis Petri Lombardi. Scottica	saec. XII/XIII.

Date Due

25	Seguntinus 150, Epist. ad Galat. lat. et arab. Visigothica	saec. IX.
26	Regin. 708, S. Isidori ll. Sententiarum. Visigothica	saec. XI.
27	Palat. 212, S. Gregorii M. in Ezech. Germanica	saec. VIII.
28	Palat. 966, Annales Nazariani (Lorsch). Germanica	an. 791.
29	Palat. 1448, Computus. Carolina	an. 810.
30	Regin. 95, S. Hilarii in Psalm. Carolina	c. an. 850.
31	Vatic. 5775, Claudii Taurin. in epist. I ad Cor. Carolina	an. 862.
32	Vatic. 1570, Vergilius cum comment. Servii. Carolina	c. an. 900.
33	Palat. 495, Sacramentarium. Carolina	inter an. 978 et 993.
34	Regin. 12, Psalterium. Carolina	an. 1019/20.
35	Vatic. 3833, card. Deusdedit collectio canonum. Carolina	inter an. 1099 et 1118.
36	Palat. 199, Catalogus episc. Rotomag. Carolina-Gothica	saec. XII—XIV.
37	Palat. 49, Dona oblata S. Iacobo Bamberg. Carolina-Gothica	an. 1131/32.
38	Regest. Vatic. 6, Innocentii III regest. de negotio imperii. Gothica	inter an. 1198 et 1216.
39	Regin. 711, S. Albini Andegav. chronicae. Gothica Galliae	an. 1206.
40	Urbin. 206, Aristotelis Physic. l. III cum comment. S. Thomae Aq. Gothica Angliae	an. 1253.
41	Vatic. 2412, Avicennae l. IV canonis. Gothica Galliae	an. 1258.
42 a	Burghesianus 329, Petrus Aureolus in l. I Sent. Gothica Parisiensis	an. 1317.
b	Palat. 324, Petri Lombardi ll. Sententiarum. Gothica Italiae	an. 1284.
43	Vatic. 1456, Iohannis Andreae Novella super Decretales. Bononiensis	an. 1353.
44	Vatic. 2598, Bartolus de Saxoferrato in Digest. Bononiensis	an. 1378.
45	Vatic. 3359, Fr. Petrarcae de sui ipsius et multorum ignorantia. Fere humanistica	an. 1370 ipsius manu.
46	Palat. 330, Herm. Galagaen Collectorium Ration. div. off. Gothico-humanistica	an. 1400.
47	Vatic. 3543, Acta concilii Basiliensis. Humanistica-cursiva	c. an. 1445.
48	Vatic. 3331, Livius manu Poggii Bracciolini. Humanistica	an. 1453.
49	Regin. 313, Hermolai Barbaro oratio contra poetas. Humanistica Galliae	an. 1461.
50	Vatic. 3285, Lucanus de bello civili manu Pomponii Laeti. Humanistica Italiae	ante an. 1497.

ADDENDA

P. VIII, l. 7: saltem ab exeunte saeculo XI in usu fuit. P. XXIII, tab. 29 descript., l. 4: an. 810 conscripta (v. f. 18: 'praesens annus'); cf. BANNISTER, Paleografia Musicale Vatic. p. 14, n. 39; — tab. 30 descript. l. 5: BANNISTER l. c. p. 30, n. 109. P. XX, tab. 22 descript., l. 22 adiungas velim: cf. P. LEHMANN, Joh. Sichardvs vnd die von ihm benvtzten Bibliotheken vnd Handschriften (Quellen u. Untersuch. z. lat. Philol. IV. 1) München, 1912, p. 139; — tab. 23, l. 8: cf. LEHMANN l. c. p. 162; — p. XXII, tab. 28, l. 8: cf. LEHMANN l. c. p. 139; — p. XXIV, tab. 33, l. 8: LEHMANN l. c. p. 139.

Rodardruck von C. G. Röder G. m. b. H., Leipzig.

471.7 qE33S 187037

RESERVE BOOK

Do Not Take From This Room

Duke University Libraries
D05228395Y